




1. De inscriptionibus in Digis.
2. De dispositione intel. factum animalium et non animalium.
3. De obprobatione plebei.
4. De acquisitione Domini ex lege.
5. De potestatis in faciendo, consistenter.
6. De concubinis infantium.
7. De usufructu patris in bonis liberorum.
8. De communiore bonorum intel. conjugum.
9. De fidei juri, laudemiale.
10. De pulchritudine.
11. De jure facinororum illucis.
12. De legitimo ubi juramentorum.
13. Non Sicutum fidei.
14. De traditione debitoris a mariti, coactis.
15. De prolio usurarum.
16. De sinceritate mercatorum.
17. Non Cyrciis.
18. De proleptoidis, episcipum.
19. Non Sicutum grandis.
20. De clerico tranquillitatem publico, vicio, tute.
21. an haeresis sit crimen. 22. De arbitrio judicis, una tutorem. 23. De possessione ecclesiae in bono, minister.
24. De statu episcoporum. 25. De magistris.

+

74
100
Maxim. 28. Disputationen.



12
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
DE JURE
FOEMINARUM
ILLUSTRUM,

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE ac DOMINO,
DOMINO
WILHELMO HENRICO,
DUCE SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ, MON-
TIUM, ANGRIÆ & WESTPHALIÆ, &c. &c.

Illustris Jctorum ordinis in Academia
Jenensi decreto,

Pro Honoribus Privilegiisque

DOCTORALIBUS

rite impetrandis

publice proponit

GEORG. MELCH. LUDOLPHUS,

Consiliarius Saxo-Isenacensis Aulicus,

Jenæ, die Junii, M DCC X.

horis consuetis.

LITTERIS GOTHANIS RETHERIANIS.

DISSERTATIO IN AULICIS JURIDICIS
DE JURE
FEMINARUM
ILLUSTRIUM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPIS & DOMINI
DOMINO

WILHELMO HENRICO
DUCE SAXONIAE LITVAE CIVIS MON.
TIM. ANGLIAE WESTMIN. &c.

Illustri Jectorum ordinis in Academia
Jenensi doctori,

Pro Reverendo Praeceptorum

DOCTORI ALIBI

Tit. iudicandi

publico

GEORG. MELCH. HEDDINGHO

Consistorio Saxon. - Lipsiae

Jenae, die 10 Junii 1700 X.

Printis Joh. Gottfr. Neubergeri





SUMMARIA

Proemii.

- §. I. *Omnia Sexus feminei illustrius Jura singularia exhibebuntur, & cum primis respicietur ad Leges moresq; patria.*
- §. II. & §. III. *Sententia Jctorum diversa de Jure in Germania vigente. Alii Jus Civile Rom. Justin. alii consuetudines Germania domesticas pro norma judicandi habent.*
- §. IV. *Aliis media via placet, & Juris Rom. auctoritatem ex aptitudine dijudicant.*
- §. V. *Judicium de hac controversia. Quid Jus publicum, quid privatum. Nos pro regula Juris communis etiam jure Romano utimur. Usus Juris Rom in Germania.*
- §. VI. *Duabus Sectionibus presens materia absolvetur. Ordo dicendorum.*

Sect. I.

- §. I. *Alia illustrium personarum jura sunt pecuniaria, alia cum inferioris conditionis feminis communia. Utriq; sexui communia sunt jura tum familiae paterna, tum potestatis patria. De Parentum erga liberos potestatis & Eman-*

SUMMARIA.

manicipationis usu in Germania, imprimis occasione Emancipationis per-
actæ in Camera à Comite Lawenſcinio. lit. b.

§. II. *Femine prærogativam habent maturius quàm adoleſcentes adoleſcere & ad nuptias progredi. Exemplum præmaturati matrimonii à Duce Burgundia. lit. d. Præmaturata matrimonia illuſtrium maſculorum pro ſcopo uſurarium habent rationem Status. Exemplum Ludovici XIII. Regis Gallie. lit. f.*

§. III. & IV. *Jura matrimonii femina illuſtres cum plebeis ferè habent communia. An Uxor indiſtinctè viri nobilitatis fiat particeps, Sententia JCorum referuntur. Probatur ſententia, quæ diſtinctione graduum uirtur.*

§. V. *Qui fuerint Plebeji? qui Nobiles in Republica Rom. ? nimirum omnis Nobilitas Rom. antiqua ex Magiſtratus Curulis officio derivata eſt. Origo & ordo dignitatis, lit. b. Canuleji Tribuni plebis oratio efficiebat, ut ad Senatuum plebi adſpirare liceret, ut ſociaretur quoq. nobilium plebejorumq. ſanguis, ut deniq. & dignitas uxoribus per maritos communicaretur.*

§. VI. *Secundum leges patrias etiam duplicem dignitatum ordinem apud antiquos Germanos obſervamus, Illuſtrium atq. Nobilium.*

§. VII. *Nobilitas erat vel plena der Fürſten u. Herren/vel inferior der Ritter und Knechte. Plena nobilitatis gradum ſoli Reges conferebant. Inferioris etiam ii tantum, quorum eſt dignitatem conferendi potèſtas. Diſtinctio inter novam & antiquam. Principes & Comites plenam habent nobilitatem.*

§. VIII. *Ergò uxores Comites non opus habent nova dignitatis collatione.*

§. IX. *De Acquisitione verò plena nobilitatis, ſi e. g. Princeps Comesve nobilem inferioris gradus duxerit, aliter eſt ſentendum. Nobilitatis plena gradus ab Imperatore ſunt impetrandi.*

§. X. *Si nobilis plebejam hodiè ſibi matrimonio jungit, opus etiam eſt nova dignitatis collatione. Plebejorum ordo quis ſit.*

§. XI. *Collatio dignitatis non à natura, ſed à lege civili eſt petenda.*

§. XII. *Femina Princeps Comiti juncta ſuam dignitatem non amittit. Perdit eandem, ſi nubat inferiori. Sic & femina nobilis plebejo juncta. Impe-*

SUMMARIA.

Imperatores & Reges uxores suas possunt renunciare Augustas, Reginas non eque Regina maritum facit Regem. Queritur: An femina Nobilis, die eine Fürstl. Hof. Meysterin ist/ Comitum Uxores vel Viduas antecedit? lit. kk.

- §. XIII. Dignitas uxoris in matrimonio ad Morganaticam. Requisita hujus matrimonii, lit. mm.
- §. XIV. De Imperio mariti in uxorem. In Regibus Jurisdictio summa cum Imperio matrimoniali non est confundenda. Queritur: Num Minister sacrorum jussu Principis verba de conditionibus duris matrimonii ex Genesi omittere possit? lit. pp. Cur Mariti Marie Stuartæ Scotia Regina Henrici Darlai auctoritas per imperium uxoris civile fuerit infra-
cta. lit. rr.
- §. XV. Vidua maritorum defunctorum fruuntur dignitate. In Gallia non erat permixtum, ut Vidua Jo. Casimiri R. Polonia titulo Regina uteretur, quo nec eo vivo uti poterat. lit. ss.
- §. XVI. Imperium Civile marito, qui Summus in Republica non est, in uxorem non competit. Summi autem Monarche jurisdictionem in uxores exercent. exemplo est Henricus VIII. Rex Angliæ.
- §. XVII. Neque in delictis Principes habent in uxores jurisdictionem. Imperatore permittente fidei suspectas possunt consortio excludere, imò custodia coercere. An Princeps à vinculo matrimonii seipsum dissolvere possit? Quis Index in causis matrimonialibus.
- §. XVIII. De Gradibus in matrimonio principum prohibitis.
- §. XIX. Femine illustres cum masculis parem habent libertatem matrimonia inveniendi. Limitanda hac libertas, si femina illustris eligit Ecclesiasticum ordinem. Electio Quædlinburgensis Abbatisse.
- §. XX. Religionis dissensio non impedit matrimonia Illustrum personarum in Imperio Germanico.
- §. XXI. De Tutela feminarum Illustrum. Materna tutela non improbat. Distinctio H. Grotii in regna patrimonialia & legitima. lit. kkk. Distinguiamus inter tutelam regni & personæ pupilli.

SUMMARIA.

- §. XXII. *Nec Antiquioribus Germania legibus materna tutela adversatur. Tutela materna inter Principes Imperii hodie adhuc locum habet. In Saxonica familia Mater sola non est Tutrix. Num Noverca tutrix esse possit?*
- §. XXIII. *Solennia tutela suscipienda in illustribus feminis eadem sunt, quae in privatis, excepta tamen Saxonica de curatore Tutricis. Dignitas atque utilitas Consiliorum Ordinum Provincia. lit. gggg.*
- §. XXIV. *Matres tutrices in administratione ab aliis tutoribus non differunt. Si omnia sua negotia per Ministros Aulicos gerit, non minuit, sed augee suam auctoritatem.*
- §. XXV. *De Curatoribus Mulierum ex jure Rom. & Germanico. Illustres, quae Regalia administrant, non opus habent Curatore, quae non administrant, opus habent, ubi Curatela recepta, ut in Saxonia, sc. in judicialibus. Differentia tutela Mariti & Curatoris. lit. oooo. Familia Saxonica Illustris utitur jure Saxonico. lit. rrrr. Renunciatio filiarum illustrium fit judicialiter. lit. ssss. Femina restituuntur in integrum non jure minorum, sed ut majores. lit. uuuu.*

Pag. 6. lin. 1. pro restitere lege infflere.

Proc.



Proœmium.

S. I.



DE Fœminarum illustrium Jure commentaturi nonnihil, cum Virgines, tum matrimonio junctas, nec non ab eo solutas, vi-
duas scilicet, omnemque fœmineum sexum
intelligi volumus, (a) non per universum
juris campum ituri, & quæ utrique sexui
sunt communia, vocabulo fœminino tantum adhibito, enarraturi.
Sic enim insulsus mea sententia labor, futurusque esset minùs ac-
ceptus; Sed ea præcipue, quæ ad fœminas illustres singulari quo-
dam jure referuntur, nisi forte ex ordinis ratione communia qua-
dam cum maribus adferre visum fuerit, exposituri: Quâ in tra-
ctatione tamen ab exteris populis petita nonnunquam occurrent
thesin illustratura, ad patrias tamen leges, patrios mores cumpri-
mis respicere nobis est consilium.

S. II.

Atque ut à principio, quas leges patriæ, quosve mores se-
qui constituerim, exponam, diversas de Jure in Germania vigen-
te

(a) L. 25. §. 9. π. d. aur. & argent. leg. L. 81. §. 1. d. Legat. 3. L. un. C. de Reptu
Virgin.

te Ictorum eximiorum sententias referre non pigebit, eâ, quæ instituti ratio est, brevitate. Reduci autem posse videntur in univ-
 ersum ad partes duas. Altera in iudicando normam sibi aliisq;
 sequendam proponit, atque præscribit Jus Civile Romanum à Ju-
 stiniano Imperatore in eum, quem habemus ordinem, redactum,
 exceptionem non aliter admittens, nisi ubi diversum quid lege
 constitutum moribusque receptum esse clare fuerit probatum. (b)
 Sunt inter hujus sententiæ fautores nonnulli eòsque delapsi, ut
 Jura etiam Imperii Germanici publica ex Romanis legibus peten-
 da esse velint, (c) cui extensioni, etsi cetera non ita incongruè di-
 cta,

(b) Non laudabimus hic *Jacobum Mæstertium*, qui in libris de Legum Roma-
 narum Justitia phaleris magis oratoris quam argumentis est usus, non et-
 iam repetemus *Arthurii Duckii*, aliorumque Juris Justinianei commenta-
 tiones, certi sua luce radiare Romanam Legis lationem. Magis ad rem
 facient testimonia virorum nostra ætate in Jurisprudentia germanica im-
 primis celeberrimum. *Taboris de Alt. tant. p. 4. art. ult. De regimine Imper.*
Eccles. in præfat. Collat. Jur. Rom. & Hung. Sect. 3. p. 751. edit. Myl. Racemat.
Crim. Art. 105. n. 9. seq. aliisque compluribus locis. Mævii quest. prælim.
ad Jus Lub. 7. n. 40. Struvii Ex. ad π. 2. th. 35. seq. Illustr. Lynckeri A-
nal. ad Struv. dict. loc. & in Comment. ad π. tit. de orig. Jur. §. XII.

(c) Quo nomine censuram incurrerunt *Reinkingius* Opere de Regimine secu-
 lari & Ecclesiast. in quo accuratorem Philosophiæ & Politicæ frustra
 quæri, testis est *Lynckerus in Comm. ad Bœcleri Notitiam lib. 1. c. 4. Paur-*
meisterus in Opere de Jurisdictione, quem antiquitatis Germanicæ imper-
 itum fuisse doctorumque Juris Civilis tradita in his, quæ ex recenti pen-
 dent usu, male secutum, idem Auctor nobis fuit. d. 1. *Limneus* in Jure pu-
 blico, ob febriculosam Juris Civilis ostentationem *Pufendorfio* notatus.
Monzamb. præfat. Lampadius in libello de Rep. Germ. quem in indagandis
 veteris Reipubl. Romanæ initiis & progressibus substituisse, non expli-
 cato Germaniæ vero Reipublicæ regiminis modo, iterum *Lynckerus* ait
Dissert. de Fontibus decisionum Illustr. in Jur. Publ. & quem primo loco no-
 minare debebam *J. Otto Tabor*, male habitus ea de causa à *Conringio*, cui
 tamen paria reddidit. Dubium non est, quin in materiis Juris publici tra-

eta, quid à *Conringio* aliisque fuerit oppositum, non est quod hic repetamus.

§. III.

Alter a in parte inverfo ordine procedunt Jure Confulti, leges confuetudinesque Germaniæ domesticas pro norma habentes, Jure vero Romano tanquam externo atque adfcititio non utentes nifi in subsidium, ubi ex domestica caufa decidi non poffit. (d) Quos inter aliqui antiquitatis amatores nimii, omnia à Germaniæ populis veteribus antiquitùs constituta, tum & redintegrato in Occidente Imperio ab Imperatoribus cum Francicis tum Germanis fancita, ad recentem ufum revocare annuntur, (e) majori quidem ratione quàm priores, qui Rempublicam Germanicam ex Im-

A 2

perii standis ufus etiam effe poffit Juri Civilis Romani, defumi enim ex eo rationes elegantes, uberiorem recentiorum declarationem & progressum, docet *Lynckerus dift. difp. difq. 1.* qui ufus instrumentalis negari non poffit, vide *Kulpif. Pofit. Juris publ. Exerc. I. num. X.* Quodfi Juri publici vocabulum etiam ad omnia negotia imperantium, quæ acquisitionem, fruitionem amiffionemque, nec non ad politiam municipiorum in Germania referre placeat, civilis legis lationis formam in Germania habebit etiam in his Jus Romanum. *Lynckerus Anal. ad Struv. tit. de Conftit. princ. th. 36. Schilt. Ex. 1. §. 12. lit. f. Ex. 37. §. 34.* Quo etiam refpicit *Obrechtus in Oracionibus Auspicatoriis de usu juris Civilis in Controv. publ. & de Connexione Juri publici & privati, quæ extant in operibus conjunctim editis pag. 520. feqq.*

- (d) *Kulpifius in Differt. de legib. German. olim sub titulo Conradi Sinceri edita pag. 386. feq. 390. feq. editionis dissertationum auctoris in quarto.* qui tamen aliter docuerat *Disput. de Adopt. & Emancipat. Principum, §. 3.* Hæc apertè, illa nomine recto. *Ill. Stryckius* difcurfu prælim. ufus modern. Pandectarum præmiſſo. *Dn. Chriſt. Thomas.* in hiftoria Juri §. 170. & difcurfu de Exiguo usu Pandectarum in foris Germaniæ.
- (e) In eo poſitum eſt ſtudio *Goldaſti* præfat. conſtitutionum à ſe editarum, quarum auctoritatem fluctuare maxime, multas in ſtatu turbulento editas, pleræque non adhibita forma, aliquas non promulgatas, antiqua-

perii Romani forma æstimant, veruntamen ad usum forensem, experientia teste, minùs accommodatè.

§. IV.

Mediam invenisse viam putarunt, qui Juris Romani auctoritatem dijudicant ex *aptitudine*, gloriamque reductæ in usum alicujus legis ex Corpore Juris Justiniano, non mediocrem futuram existimant, (f) quæ sententia ut suis non destituitur incommodis, ita, dum ab istis alibi Romanum jus extollitur, alibi Germanico, si de Regula sit quæstio, postponitur, ambiguitatis non immeritò diceres esse suspectos, (g)

§. V.

Enim verò ut omnis juris utilitas auctoritasque in applicatione ad negotia humana consistit, si in quæstione aliqua ad decidendum proposita certum sit, quid Jure Romano sancitum, quid jure patrio receptum, inutilem planè esse existimo disquisitionem, quo jure pro regula, quoniam exceptionis loco sit utendum. Notæ sunt inter Mathematicos contrariæ de motu solis atque terræ sententiæ, quorum aliis ad evitandas innumerabilis motus varietates atque, ut ajunt, confusiones, solem in centro universi immobilem constituere, terramque planetæ loco habere; aliis verò, quò minus à sacri codicis verbis abirent, terram in centro collocan-

tas dudumque abolitas esse, Editorem etiam audacter addidisse & demississe aliquid constitutionibus ab Ill. Lynckero accepimus.

- (f) Schilter, *Praxi Juris German. Exerc. I. §. 12. v. eundem in Addit. post Ex. 2. Corollaria*, cujus Sententiam censuræ subjicit *Kulpis. Diss. Dissert. pag. 418. Dn. Thomaf. Diss. de usu action. pœnal. §. 5. cap. 5.*
- (g) Confer in Schiltero *Exerc. 1. §. 11. lit. a. & seq. §. 12. Ex. 37. §. 34. Ex. 49. §. 13. & 23. ad Insitut. tit. qui test. tut. dari possunt aph. 2. cum Exerc. 1. §. 11. lit. a. Ex. 12. §. 11. Ex. 15. §. 9. ad Insitut. de Jur. Nat. Genr. & Civ. aph. 17. Respondit auctor Kulpisio in additamento post Exerc. 2. Corollaria.*

candam esse, solem verò cum planetis motu cuique tum communi tum proprio circumvolvi visum fuit. Computatio tamen motus juxta utramq; hypothesin ad dirigenda vitæ humanæ tempora, qui insignis hujus disciplinæ est usus, si instituat, calculum convenire utrinque, certè alterum ab altero non tantum abire ut diversitas emineat rei summam notabiliter immutans, ex Mathematicis audire me memini. Eundem ad modum, in quaestione proposita, sive decisionem in jure Romano quaerere incipias, atque in legibus patriæ atque moribus receptis desinas, sive resolutionis initium à Germaniæ jure domestico facias, adhibitâ legislatione Romana in subsidium, ubi illud deficere animadvertitur, non diversa existet prudentum juris decisio, modò extrema caveantur utrinque, ne scilicet altera ex parte patriæ leges aut mores, de quorum receptione non dubitatur, alterâ negligantur Jura Romana, in iis scilicet, quæ spectant non Reipublicæ structuram, quod Juris publici est, atque ex solis domesticis legibus petendum, sed ad negotia vel privatorum, vel quæ Imperantes tum summi tum subordinati cum subditis habent communia, quæ ad Jus privatum non minus referenda esse existimo. (b) Cum tamen quid Jure Romano, quid patrio, sit sancitum vel receptum, Jure Consulti saepe dissentiant fluctuantque, (i) fundamento au-

A 3

tem

(b) Quam varie accipiantur Juris publici & privati voces, non ignotum, conf. *Tabor præfat. de Regim. Imper. Eccles. & Kalpis. Post. Jur. publ. Ex. I. n. 4.* dummodo in re conveniamus, de terminis facilis erit transactio. Nihil est, quod disciplinas magis turbet, quam de verbis contentiones, & tamen pauci sunt eruditi, qui non in eo campo decertent. Eleganter hunc nævum perstringit in tract. de *Logomachis* eruditiorum *Samuel Werenfels.*

(i) Queritur hac de re *Schilter.* dicto additamento, non negari posse, vagum Jus aliquo modo habere nos in foro, qui & in fine operis præclari numerum satis magnum dissensionum inter JCTos addidit. Imo integrorum Collegiorum Germaniæ dissensum ostendunt exempla responsio-

tem aliquo inniti potius, quàm incertæ resistere viæ præstet; non erraturum puto, qui pro Juris Communis regula utatur Jure Romano, de cujus receptione publica, atque auctoritate Summorum in Germania plerorumque aliorum Judiciorum viva loquitur praxis, (k) domestica etiam Jura juxta consulendo & forensem usum observando.

§. VI.

rum contrariorum, de eadem facti specie novissimè latorum, quæ in Palæstra judiciaria à J. H. Lombardio nuper edita, alibique complura antiquiora invenire licet.

- (k) Testis est *Conringius de Orig. Jur. Germ. c. 33. pag. 213.* neque aliud putat *Kulpis. dict. diff. pag. 408.* quam quod juxta Romanum Jus Consuetudines etiam juraque patria sint observanda. Vid. *Lyncker. in Comment. ad π tit. de Orig. Jur. §. 11. & 12.* ubi quod observantiam statutorum, qui Juris Justiniani receptionem præcedunt, quoniam multa ex iis oblitterata sint, probare oporteat. Usus ipse docebit, quam securè innitatur Juri Justiniano, ubi Consuetudinum probatio est difficilis. „ Ger-
 „ mani, *Viri summi Cocceji sunt verba*, antiqua armorum gloria Romanis
 „ pares, Juris Justitiæque studio ac religione prope superiores, at scientia
 „ peritiaque; ejus impares fuere, etsi quis excutiat antiquas leges Ger-
 „ manicæ, Salicas, Ripuarias, Alemannicas, Bojarias, Saxonicas, Lon-
 „ gobardicas &c. nihil ille nisi imperfectam quandam congeriem apud
 „ istas gentes fuisse reperiet: quippe quæ paucis iisque satis jejunis & ma-
 „ lè coherentibus legibus usæ, id maxime egerunt, ut de servis, nuptiis,
 „ successionibus, delictis &c. certi quid ac in delictis præcipuis certa poena
 „ statuta esset. In legibus optimis ac utilissimis constituendis studium
 „ nulli genti melius successit quam Romanis, quorum condendi Juris
 „ gloria adeo æternitatem merita fuit, ut quemadmodum Judæis reli-
 „ gio, Græcis sapientia, sic Romanis Justitia ceu propria attribua-
 „ tur, eorumque singuli ad has disciplinas peculiariter excolendas
 „ divinitus propè selecti videantur, *Diss. de Lege Morganatica. Sect.*
 „ *prima in preliminaribus.* Optandum foret omnino, ut quem me-
 „ ditatus erat *Schilterus* Codicis Legum & Constitutionum Juris Germanici, quarum usus esset in foro, collatis Legibus Romanis elaboratio à

§. VI.

De Fœminarum illustrium Jure, (1) thema non penitus quidem rarum, sed tamen nec quotidianum, ad varios Juris tum publici tum privati locos attingens, in partibus etiam à præclaris JCtis, tum in systematum locis, tum peculiaribus dissertationibus, quorum opera & nos adjutos esse fatemur, est tractatum. Nobis ut brevi hac dissertatione omnia, quæ est materiæ amplitudo, exsequamur pro dignitate, vix est sperandum, debilitatis etiam nostræ non ignaris. Quodsi tamen Lectori videbuntur quædam non inutilia aut incongrua, iis quos laudo auctoribus accepta feret, lapsus autem mihi, qui ab errore alienum me esse non puto, facile correcturus repetitis curis sententiam, melius edoctus.

Defungar hac Opella Sectionibus duabus, primâ de Jure, quod ad personas pertinet, dignitate puta personarum, & in eas Jurisdictione, matrimonii, tutelis; Alterâ de Jure circa res, successioneibus, dote dotalitio, aliisque affinibus, quæ eò referri possunt materiis, agetur. Appendicis loco actorum & responderum quorundam exempla hucusque publice non visa, thema haut mediocriter illustrantia, nec non dotalium pactorum, aliorumq; solennium actuum formulas in gratiam Lectorum, quibus eas acceptas fore confido, quamprimum ab aliis, quibus jam distineor negotiis, vacatio contigerit, exhibebo.

Sectio

Jcto harum rerum satis perito susciperetur. Verùm quot sunt huic labori pares? Et qui sunt, aut publicis occupationibus aut aliis rebus impediuntur.

- (1) Illustris titulum olim Regibus, deinde Principibus tantum tributum fuisse restatur Germaniæ antiquitas. Nobilium titulo Comites & Barones insignitos. Liceat hic utrosque *Illustrium* voce designare. Præivere nobis *Bersius Tr. de pactis familiarum illustrium*, aliique.

Sect. I.

De Jure Foeminarum Illustrum
quoad Personas.

§. I.



Ultra hic occurrunt peculiaria illustrium personarum non pauca etiam cum aliis inferioris conditionis foeminis communia. Dabimus operam, ut utraque, prout fieri par est, discernantur.

Prætermittenda omnino existimamus Jura tum familiae paternæ, cui à nativitate utriusque sexus liberi ex legitimo matrimonio suscepti coalescunt, (a) tum potestatis patriæ, cui non minus utriusque subjiciuntur. (b)

§. II. Ad

- (a) Vel si per subsequens legitimi, *Myler. Gamol. c. 24. per tot.* Quandoquidem vero rara sunt inter personas Illustres ejusmodi legitimationis exempla, nihil tamen ob stare video, cur existente casu jus legitimationis obtinere non debeat. Sunt leges latae de iis, quæ ut plurimum accidunt, *L. 3. seq. de LL.* Verum raritas ex eo non æstimanda, quod integrum aliquod negotium frequenter non contingat, sed ex circumstantiis, ut scilicet lex in summa sit utilis, etsi ad singulas facti circumstantias non lata, vid. *Huber. in prælect. ad D. tit. de LL. n. 3.* Jure autem familiae non participantur ex Matrimonio ad Morganaticam geniti, non quod in æquale conjugium hunc habeat effectum, sed quod pacto matrimoniali aliter sit cautum, *conf. Schilt. Instit. Jur. publ. L. I. tit. 9. n. 7.* adde quæ dicuntur infra lit.
- (b) Parentum erga liberos potestas neque ex generatione, neque ex consensu, qui, cum alioquin omnis societatis sit principium, in domestica parentum & liberorum nonprehenditur, sed ex sine primario societatis, sobolis e-

§. II.

Ad foemineum sexum cujuscunque conditionis refertur ea
præ-

educatione, est derivanda. *Thomas. Jurispr. divin. L. 3. c. 4. n. 28. seqq.*
omnesque hujus potestatis termini ex eo fine metiendi. *Budd. philos.*
pract. p. 2. c. 4. Sect. II. §. 5. Jure cujusque civitatis proprio, variè pote-
stas illa vel extenditur vel limitatur. Amplissima erat ex libertate Quiri-
tum, de qua Justinianus, proprium esse jus potestatis in liberos civium Ro-
manorum, nullos enim alios esse homines, qui talem, qualem Romani
habeant. Non quod summum in liberos imperium eis esset tributum,
quod salvo Reipubl. imperio fieri non poterat, ut minus recte *Gravina*
Jus Romanus de Orig. Jus Roman. L. 1. §. 11. [aliàs in interpretan-
dis ex antiquitate LL. Romanis, *Lynckero* judice luculentissimus scri-
ptor,] sed quod civili quâdam, non probanda ratione, potestas patria ad
nece[m] usque pro religione, patria & pietate extendi posset. Restrictus
deinde fuit legibus rigor antiquus, *L. 3. & seq. C. de patr. potest.* cujus
justitiam contra Bodinum defendit *Huber. prælect. ad D. de his, qui sui
vel alien. jur. n. 7. Schilt. ad Inst. de patr. potest. aph. 2. & ad D. 3. §. 11.*
Sunt tamen nonnulla Juris Romani, etiam Justiniani capita, quæ mori-
bus aliter sese habent. Ad *Illustrium personarum* liberos in Imperio si re-
spicimus, potestati patriæ esse subjectos *Schilt. affirmit, Instit. Jur. publ.*
l. 1. tit. 8. ubi notabile exemplum restitutæ *Johanni Friderico Saxoni* per
diploma *Cæsaris* expressis verbis patriæ potestatis ex *Horsted. de B. G. L. 4.*
c. 88. n. 45. adducit. Sed nec matri potestatem in liberos Jure Germanico
denegari idem *Schilt. docet.* Id quod si de reverentia atque sanctitate per-
sonæ matris, curæq; educationis parte intelligatur, nihil peculiare Ger-
mani receperunt, si de Jure patris in specie, legem, quâ matri ea pote-
stas concedatur, desiderarem. Jure Romano præcipui sunt P. P. effe-
ctus, quod pater & filius videantur esse una persona, *L. fin. C. de im-
pub. & aliis subst.* cujus rei effectus in testimonio perhibendo aliosque
negotiis nec Germanico Jure etiam inter illustres dicerem esse sublato.
Filius est patri suus hæres, §. 2. *Instit. de Hæred. qualit. & differ.* Sui-
notas illa adhuc Justiniano Jure novissimo sublata, *Nov. 118. c. 1.* quem
successionis ordinem Germani pro communi jure observant. Nulla est

B

inter

prærogativa, quod maturius quàm mares adolescant atque ad nuptias

inter Patrem & Filium civilis atque efficax obligatio, §. 6. *Instit. de inutil. stipul.* Nulla lis, *L. 4. D. de Judic.* Si existeret negotium, cui hæc legislatio applicari posset, juxta eam essem responsurus, non minùs inter illustres, quam privatos. Donationes privatorum pro destinatione patris semper revocabili habet Schilter. *lib. 1. tit. 8 §. 4. Jur. publ.* sed inter illustres Legem I I. Cod. de Donat. contrario usu esse sublatam. Exemplum ex *Bodino L. 1. de Republ. c. 4.* de Philippo Valesio Gallia Rege ibidem allatum, qui ut Johanni filio Normanniam donaret, cum emancipaverat, rem conficere non videtur, nam cum de Jure Germaniæ loquimur, ubi Jura Romana sunt recepta, frustrà exemplum ex Gallia affertur, ubi de Receptione publica lege factà non constat. Securæ itaq; non erunt filia illustres donationis parentis, nisi adhibitis ex jure communi cautelis, Vid. *Lauterb. Compend. Jur. tit. de Donat. in P.* Quid autem opus erit Principi Germanico emancipare filium ad donationis v. c. effectum, si Emancipatio Germanico jure non est recepta? Distinctè hic dicendum: Si quærat de Emancipatione Romanorum antiqua, quæstio foret Domitiana, cum à Justiniano vanæ emancipationum observationes fuerint sublatae, *L. fin. C. de Emancip.* Sentes igitur & spinas, tribulos & aculeos Pandectis ex antiquato jure asperfos, quo nomine taxat Tribonianum *Fr. Balduinus in Justiniano Lib. 3.* ad historiam potius, quam legislationem referre licet. De Justinianeâ emancipatione, si sit sermo, usus ejus in Germania, etsi sit rarior, non tamen est nullus, quod illustrium personarum exemplis & Camera Imperii præjudiciis probavit Kulpisius *Dissert. de Adopt. & Emancip. Principum. §. 58.* Balthasar, *Resol. Jur. Bavar. 1. 3. 2.* Kettler, *dec. 15.* Eybenius *ad Instit. Diss. 3. Obs. 14.* Schilter. *Jur. publ. lib. 1. tit. 8. §. 8.* qui tamen paulò ante validas esse donationes sine emancipatione asseruerat, *add. Exerc. ad II. 3. §. 16.* Præjudicia hæc ex errore assessorum Camerae, qui Justinianeâ emancipatione male fuerint usi, nata fuisse, non putarem. Quæstio erat, cur negaretur Comiti à Lœwenstein petita confirmatio tutorum & curatorum. Rationem ex actis suppeditat p. 199. Kulpisius; Quod incongruum esset tutorem vel curatorem dari liberis in patria potestate constitutis. v. *Pensoldus ad Coler. decis. 222.* Hæc ratio dubia videtur ex

eo, quod Colerus *decif.* 226. doceat, dari posse pupillo tutorem, etiam qui est in patria potestate per *l. fin. C. de bon. qua. lib. §. 1.* Ex textu clara sunt sequentia: Pater recusavit adire hereditatem filio minori delatam. Filio datur licentia adeundi: Pater propter causæ necessitatem negat se res filii velle gubernare: Facultas est filio adeundi iudicem & petendi, ut detur curator *hereditati*, quod etiam notavit Gothofredus. Deinde si daretur *filio* hoc casu, ubi contra consilium paternum hereditatem acquirere desiderat, pater etiam, ut administrationem defugeret causas habet iustas, exinde regula non foret extruenda, consistere posse ex principiis Juris Romani tutoris vel curatoris dationem cum patria potestate, contra Canonem, *§. Inst. de Curator.* ex quo regula potius negative erat firmanda, ita ut casus pro excepto habeatur, si pater ob necessitatem causæ defugiat bonorum filii administrationem. Sed & Comes Lœvensteinus administrare feudum favore filii domino refusatum recusabat? Respondeo: Alium esse casum, quo tutor datur filiofamilias, cui bona jam sunt aliunde quæsitæ, quorum pater recusat administrationem; alium, quo tutor petitur filio ad bona adquirenda, de hoc erat in Camera quæstio, non de illo. *v. Kulpif. d. l. p. 209.* Si ergo Jctos, qui legi Justinianæ sensum affingunt alienum, non sequutum est Judicium Cameræ, laudandum fuisse existimo. Jam quod neglectorum Germanicorum morum arguuntur Assessores, si de moribus Germaniæ in casibus propositis dubitari non potuisset, errorem humanitatis contigisse, fatendum foret. Prout exemplo probavit Jctus celeberrimus *Thomas. Disp. de Jurisd. & Magistr. differ. Thes. 8. seqq.* Sed cum de modis solvendi patriam potestatem ex jure domestico difficultates non unæ super sint, ut ex *ejusd. Disp. de quasi Emancip. Germ. §. 40. seqq.* videre licet, nondum video, cur judicium jus Romanorum, cujus dispositio erat certa, minus sequi debuerit, quam Speculi Saxonici vel Svevici tradita, variis dubiis adhuc implicita, cum primis cum ex dictis morum Germaniæ collectionibus decisio casus propositi non eluceceret. Textus Jur. prov. Saxonici, quos vide in dicta *Disp. §. 14. 15. 16. 17.* de separatione loquuntur, quæ an tollat simpliciter, PP. Interpretes non consentiunt, dict. *Disp. §. 44. seq.* Textus Jur. prov. Svev. cap. 313. de tutela testamentaria intelligi potest, cum testamentorum usus in Germaniarum temporis esse potuerit, per ea, quæ docet *Thomas. Histor. Jur. §.*

96. *Et in dict. Diss. §. 18. Select. Feudal. pag. 59. seqq.* Ergo si jus Roma-
 num est in subsidium receptum, erat omnino sequendum. In Jurisdi-
 ctionis materia aliam plane esse Juris Germanici faciem, quam Romani
 fuerat, negari non potest, sed Mynsingeri Responsum non erat sententia
 Judicii Cameralis. Quæ de contrariis Cameræ judiciis Vultejus *Consil.*
Marpurg. 34. n. 53. Cothmannus *in Respons. 13. n. 124.* judicant, ad ea vi-
 de, quæ habet Blumius *in Proc. Camer. tit. 2. n. 26. Et in vindic. Dekher-*
rus. Pater dat filio familias tutorem testamento, qui Jure Romano nec
 inquisitione nec confirmatione habet opus, §. 3. *Instit. de Tutel.* Ger-
 manica legislatio hic recessit à Justinianeâ, confirmationem omnium tu-
 torum requirens. *Ordin. Polit. Anno 1548. Tit. 31. §. 2. & 1577. Tit.*
32. §. 2. non exceptis testamentis personarum illustrium. *Andler.*
Jurispr. lib. 2. tit. 1. n. 2. Quæ in re tamen Saxonie Principes præci-
 puo hoc jure gaudent, ut confirmatione opus non habeant. *Lyncker.*
de Libert. Stat. Sect. 3. membr. 1. §. 7. Ut ergo ex Germaniæ legibus
 tutelæ datio virtute patriæ potestatis non fiat. Nuptiæ liberorum sine
 parentum consensu erant Jure Romano nullæ, *pr. Et §. 12. Instit. de*
Nupt. Pontificibus hæc dispositio, æquissima licet sit, durior visa;
 unde & Germani, quibus mixtura Juris varii placuit, Canonico etiam
 recepto, eam legem strictè non semper, neque ubique sequuntur. *Vid.*
Schilter. Exerc. 3. §. 12. & Ex. 36. §. 31. Lyncker. decis. 1000. Et
224. Patri acquiritur per filium, quicquid ex profectio peculio ad-
 quiritur, §. 1. *Instit. per quas pers.* Inter privatos eo jure & hodie uti-
 mur, *confi. Schilter. Ex. 27. §. 85.* Inter illustres peculii ejusmodi ex-
 empla nulla me legisse memini. Plane si Princeps filio filiarve prædium
 quoddam concesserit vel ad voluptatem, vel ad fructus percipiendos,
 censetur datum esse ad dignitatem decenter sustinendam, atque ut ad
 œconomiam studium animus applicetur. Ususfructum bonorum ad-
 ventitiorum jure potestatis percipit pater. *L. 1. Cod. de bon. Matern.*
 quo jure etiam Principes, uti docet experientia, nisi quandoque pactis
 familiarum aliter sit statutum. Jure Germaniæ ex principis communi-
 onis bonorum etiam matri ususfructum competere docet *Schilter. ad*
Instit. de patr. potest. apb. 2. Id tamen ubique in Imperio non obser-
 vatur, teste Electore Saxonie, *Decis. noviss. 62.* unde probanda com-
 munionis bonorum consuetudo. *Lyncker. Decis. 816.* Sed propofiti me-
 mores ad alia progredimur.

ptias progrediantur. (c) Cujus rei causam alii in joco, alii in naturali corporis habitu quærunt, mihi ea ratio reddenda esse videtur, quod, cum maritis familiæ regendæ officium incumbat, maturiori ad id recte prudenterque obeundum opus sit judicio, non nisi ætate provectiore atque cultura animi acquirendo. cum altera ex parte gloria potissimum obsequii sceminis sit relicta. Tametsi verò exempla dentur præmaturati matrimonii ab illustribus masculis, non exteris modò, (d) sed & Germaniæ Principibus, e-

VEN-

- (c) Vide sis, quæ collegit hanc in rem *Carpzov. de Jure Famin. singul. de cad. i. pos. i.*
- (d) Quæ de moderni Gallia Regis nepote, Duce Burgundiæ recensentur, a libi non obvia, ex Epistolis historicis de Madame de C. excerpere liceat: *Lors qu' il fut question de consommer la fête, on mit ces jeunes Epoux dans un lit qu' on avoit dressé expres dans le milieu d'une sale, on en tira les rideaux, & on les laissa une heure ensemble, après quoi Monsieur de Bauviller vint prendre le marié & Madame la Duchesse du Lude la mariée. On les mena chacun dans son appartement. Le Pavillon sous lequel ils avoient eu la liberté de se voir de plus pres, fût abbattu un moment après & disparue aussi vite que le Palais de Armide. Depuis ce tems là il n' est plus permis à ces nouveaux Mariez d' user de leurs droits, on les garde à vûe, & l' on dit, que c' est la mauvaise santé de Monsieur le Duc de Bourgogne, qui cause ce regime. Il tâche pourtant de tromper la vigilance de Mad. de Lude & la petite Princeesse est portée de fort bonne volonté pour cela. Il y a quelque tems qu' avec l' aide d' une Femme de chambre, Mr. le Duc de Bourgogne trouva le secret de se cacher dans la chambre de sa femme & de se mettre dans son lit, lors qu' il crut que Madame du Lude étoit endormie: mais cette Dame qui couche dans la même chambre, s' éveilla fort mal à propos & obligea le Prince à se retirer chez lui. Le lendemain elle fut dès le matin faire ses plaintes au Roi la dessus, & le Roi dit fort sechement à Mr. le Duc de Bourgogne: j' ai appris Mr. qu' il s' est passé des choses qui pourroient nuire à votre santé, je vous prie que cela n' arrive plus. Le Prince répondit avec précipitation, Sire, je me porte fort bien, & l' on ne parla plus de cela. Je crois qu' on sera obligé de leur donner bientôt une entière liberté & ce sera peut être un moyen de faire, qu' ils en usent moins.*

ventus tamen docuit rationem quam vocant Status (e) sive terrarum acquisitionem aut pecuniarum commodum sive sobolis procreationem, vel etiam, quod nonnunquam factum, pacis conciliationem (f) habuerit pro scopo, successu haud ratò caruisse, infelicia

- (e) Res antiqua, vocabulum novum. Si ad mentem Florentini politici usurpetur, impium, si de ratione conservandi sese legitima, tamen secretori quadam intelligamus, res, quam denotat, non improbanda, vid. de Jena *de rat. Stat. diff. 2. concl. 2. seqq.* Becman. *differt. polit. 3. §. 1. & 2.* Unusquisque si prudenter agere velit, ratione sui Status ad matrimonium contrahendum inducitur. Major est ratio haud dubie, quo celebrior personarum conditio. Quantitas autem speciem non variare, tritum est philosophis.
- (f) Promissioni matrimonii, factæ inter impuberes pacis causa, puberes factos stare teneri ex *c. 2. X. de Disp. impuberum.* nonnulli probant, Rhet. *Inst. Jur. publ. L. 1. tit. 21. §. 7.* Myler. *Gamol. c. 4. §. 56.* vinculo legis sat infirmo, si repugnaverit animi constantis iudicium. Cum desponsatus esset Ludovicus XIII. Rex Galliaë impubes infanti Hispaniaë, „ majoris momenti negotium esse, *conquerebantur Principes*, quam ut „ transigi possit ipsis non consultis, quorum præcipuè interesset. Pa „ ctas neglecto ipsorum consilio nuptias, quibus fortuna regni versaretur: „ indebitam contractui ætatem, tenellos adhuc utrique conjugum „ annos: mutari pasim cum ætate affectus, præcipuè regibus. Si pu „ eri Ludovico displicuerit, cum Anna Austriaca vitæ societas, repu „ diandam, repudio imminere ultionem, bello eò atrociore, quod in „ stabit Gallis Austriaca gens armis & consilio formidabilis. Parùm „ è re Gallica esse duplex fœdus præcociter & prave conclusum, vocatis „ quorum nihil interest: eo consilio in pessum ire res gallicas: *Qui „ bus reginam matrem respondisse*: Principum supra reliquos mortales „ esse natales, ita & vitæ rationem. Inter impuberes vetita matrimo „ nia, aut supra leges autores legum positos: Regna simul contrahere, „ ubi nuptiarum fœdere nectuntur Reges: In iis matrimoniis contra „ ctus causam & effectus præcipua esse, contrahentium affectus au „ vota, accessiones: Minimè spectandos annos Regum, ubi populis aliis

felicia etiam fuisse matrimonia ex alieno magis quam suomet arbitrio atque electione inita.

§. III.

Ad Statum matrimonii quod attinet, individuum scilicet vitæ consortium, vix invenire licet ab aliis fœminis differentiam, qua gloriari illustres possint. Si ea, quæ à Civili Lege pendent, imparitatem aliquam offendemus. Regula est: Consequi uxorem dignitatem mariti, ita ut plebeja etiam viro nobili juncta nobilitas fiat particeps, cum vice versa fœmina nobilis viro plebejo dignitatis nihil adferat, quam prærogativam sexus singularem laudat Saxonicus Juris Papinianus *Carpozovius*. (g) Num ergo Comes nobilem, fœminam ducens, eidem Comitibus conferet dignitatem? Fœmina ex Comitum vel Nobilium familia suscepta, num per matrimonium cum Principe, ordini Principum adscribetur? Affirmativam tuehtur complures, ea potissimum ratione, quod conjugii naturæ adverfetur inæqualitas, fœminas, cum jure suo dignitate careant, sequi necessario familiam masculorum, Parentis, mariti. Alii exempla pro ratione adferunt, etiam Imperatoris aut Regis, qui per Conjugium cum inferiore fœmina, eandem efficiat Augustam, Reginam. Distinctione graduum alii rem faciunt, ut si ex genere subalterno ducatur uxor, h. e. uo quasi gradu inferior, fiat marito æqualis, non, si ex gradu ulteriore. Dubitatum aliquando fuit, an plane constaret thesis suo fundamento, exinde forte, quod amplior esset rationis primæ consecutio, quam

- ” versaretur: Magnates esse, recens natos, rationis capaces, ubi infantiam exuunt, senes, h. e. plenè sapientes, ubi primo adoleverint,
 ” distribuente quasi per miraculum Deo præcociter Heroicis animis,
 ” distribuente quasi per miraculum Deo præcociter Heroicis animis,
 ” quod adquirant vires in tempore. Consona matrimonia esse, si ætates, si merita, si Regium nomen est stemma, si spectabuntur regna,
 ” si utriusque gentis gloria & quies *Refert Grammondus L. 1. Hist. Gallic.*
 (g) *Dict. tr. de Jure Femin. singul. decad. 1. post. a.* add. Nolden. *de Statu Nobil. c. 6. §. 52.*

quam leges Germaniæ, quæ ad reservata Imperatoris dignitatum collationem referunt, permitterent.

§. VI.

Nobis, ex tribus quas attulimus sententiis, quarum prima regulam plus justo videtur extendere, postrema in adversam peccare partem, placet media, præclaris etiam JCtis probata. Videamus paucis, qua ratione Romanis patriisque legibus possit confirmari.

§. V.

Ex plebeis inter Romanos facti fuere nobiles, nec aliud nobilitatis poterat esse principium. Plebeji erant quorum nullæ in administranda Republica partes. Nobiles quibus munera demandata, (b) Ordines utrorumque à Romulo dignitate, vestitu, confortio fuisse distinctissimos loquitur *Dion. Halicarn. L. 2. Antiq. c. 9.*

Ne.

(b) Omnis Nobilitas Romana antiqua ex Magistratus Curulis officio derivabatur. *Cures* dicebantur Romani à Sabinis, qui cum illis in eandem civitatem, idemque nomen coaluere, unde etiam Cûritum seu Quiritum descendere nomen vero est simile. *Coccej. de potest. Stat. Imp. circ. dignitat. cap. 1.* Cum deinde promiscuè ea officia plebejis & patritiis patuerint, etiam plebi jus ponendi sibi imaginem, h. est, docente Polybio lib. 6. insignis alicujus viri simulacrum, cujus oris similitudo artificiosè coloribus erat adumbrata, fuit permissum. *Rosin. Antiquit. l. 1. c. 19. Huber. prælect. ad tit. π. de adoptionib. n. 2. vid. eund. ad tit. de Statu hom. n. 7.* Gradus dignitatum tardius cœpere. Imperatorum tempore Nobilissimi titulus Cæsaribus solis eorumque liberis tributus, *Becmann. dignit. dissert. 2. c. 1. §. 4.* tùm erat ordo Illustrum, *L. 13. §. 8. Cod. de Judic. Spectabilium, L. 3. C. de Castrens. & Minister. Clarissimorum, L. 11. Cod. de Dignit. L. unic. C. de Equestr. dignit. tandem perfectissimorum, L. un. C. de perfectiss. dignit. Egregiorum, L. 1. C. Theod. de honorar. Codicill. quos gradus omnes enarrat *Becmann. dict. Syntagm. dign. dissert. 10. c. 1. §. 11. seqq.**

(i) Ex-

Neq; promiscua utrosque inter matrimonia, teste *Livio libr. 4.* (i) postea cum Canuleji Tribuni plebis oratione, ut ad Senatum plebi adspirare liceret, ut sociaretur quoque nobilium plebejorumque sanguis, fuisset effectum, eadem lege publica dignitatem uxoribus per maritos communicatam existimo. Idque ab Imperatoribus non sineracione servatum. *L. Mulier, 13. C. de dignitas.*

§. VI.

Patrias leges si inspiciamus, ordinem dignitatum duplicem; *Illustrium* atque *Nobilium*, illam Regibus, (k) hunc Principibus (l) tributum, qui vernacula lingua *Adelingi* dicti, (m) Longobardica voce *Walvasores majores* 2. *F. 10.* antiquitatum Germaniæ scrutatores observant. Datum deinde Principibus nomen *Illustrium* (n) Comitibus, & qui pari cum his jure censentur, Baronibus, (o) *Nobilium.* (p)

§. VII.

Nobilitatis igitur inter Germanos insigne fuit discrimen *plene* scilicet *derer Fürsten und Herren* (q) & *inferioris derer Ritter und Knechte* / qui à plebe non alia ratione quam ministerio in partibus Reipublicæ iis creditis erant distincti: (r) Ad plenæ nobi-

lira-

(i) Explicat hoc argumentum de Jure Connubiorum *B. Brissonius.*

(k) Vid. *Becmann, dict. loc. diff. 1. cap. 4. §. 18.* ubi multa Exempla.

(l) *Becmann, dissert. 14. cap. 1. §. 3.*

(m) *Coccej. de Potest. Stat. Imper. circa dignit. c. 2. §. 1. & 23.*

(n) *Aur. Bull. t. 5. §. 1. tit. 24. pr. tit. 7. §. 2. tit. 8. pr. Becmann, Diss. XI. cap. 2. §. 3. Coccej. d. 1. §. 4.* unde vernaculum *der Erleuchte* / vel more hodierno: *der Durchläuchtige.* [n. 22. seqq.]

(o) Vid. *Stryck. tota dissert. de Jure Baronum, Schrader. p. X. de Feud. Sect. 1.*

(p) *Coccejus d. 1. §. 6.* ubi exemplum Comitum de Sayn, qui oblatis Landgravio *Hassæ* alodiis promiserunt, daß sie dessen getreue Edelmänn seyn und bleiben wöllen.

(q) *Coccejus Jurispr. publ. c. 15. §. 21.*

(r) *Coccej. dict. disp. cap. 2. §. 18. seqq.* Distinctio enim inter novos & antiquos nobiles, Romanis etiam non ignota. *Rosin, Antiqu. lib. 1. cap. 19.*

litatis gradum alia via non erat quàm Regis collatio. Ad inferiore[m] etiam nobilitatem ex plebejo ordine ascensus non alius, quam voluntate ejus, cujus erat dignitatem conferendi potestas. Principes & Comites, etsi clypeo & ordine distinctos, plena gaudere nobilitate, quam Regalem vocamus (s), nemo refragatur.

§. VIII.

Non opus ergo collatione nova dignitatis, si uxor Comes, matrimonio jungatur Principi. Transibit hæc in ordinem Principum foeminarum virtute plenæ majoris sive Regalis, quam jam habebat dignitatem. (1) Retinebit eam Vidua, (u) Amittet rursus si vidua Comiti secundis votis fuerit copulata. (x)

§. IX. Di-

non statum conditionemque nobilitatis, sed alias circumstantias afficit. Frequenter inter Germanos de prærogativa nobilitatis contentiones. Quatuor avorum jus nisi foundationi alicujus beneficii adverteretur, Legibus imperii improbat. *Instr. Pacis Osnabrug. art. 5. §. 17.* Distinctio inter equestrem & civitatem nobilitatem magnis animi motibus adhuc agitur in controversia inter Monasteriensem Episcopum Capitulumque ex una, & Civitatis Monasteriensis nobiles, *ble Erb-Männer/* qua de lite excerpta actorum publicorum data sunt in *Elect. Jur. publ. nuper edit. Tom. 1. pag. 719. seqq. & Tom. 2. p. 255.* ubi decretum Imperatoris in favorem der Erbmäner latum.

- (1) I. Feud, 14. Struv. J. F. cap. 3. aph. 5. n. 3. unde est, quod stylo Curia nonnunquam Comites fuerint exæquati, promiscua inter eos appellatio. V. *Cb. Wilb. Eyben. de Stylo Cur. §. XIII.* qui & §. 16. seq. peculiare familiæ Schwarzburgicæ prærogativas recenset. In Gallia etiam observatum, Regiæ stirpis principes Comites vocari, exemplo Comitis de Soissons ap. Grammond.
- (2) *Eyben. de Tit. Nobilis, §. 7. Cbr. Wilb. Eyben. de Stylo Cur. §. xi.* Hinc stylus Curiarum: *der Durchlauchtigen Fürstin/ Frauen N. vermählter Herzogin zu N. gebührer Gräfin zu N.* Notum est decætero, ex Cancellaria Imperatoris, & à Moguntino Electore, qui est Cancellarius, titulum *Durchleuchtig* etiam Principibus non dari; nisi præstita taxâ 6000 Florenorum, quæ pro acquisitione hujus tituli uni familiæ sufficit.
- (*) *Stra uch. J. publ. tit. 36. pr. Myler. Gamol. c. 9. §. I.*
- (x) *Coccej. de Lege Morganatica, Sect. 3. §. 16.*

§. IX.

Diversum erit dicendum, si Princeps Comesve nobilem inferioris gradus duxerit, quia hic de acquisitione plenæ nobilitatis foret quæstio. Exempla recentissima petiti & impetrati eo casu altioris nobilitatis gradus ab Imperatore, dubium omne remouent.

(y) Unicum idque vetus in Scrinii Saxoniarum Ducum legitur, quo nobilis femina Duci Saxoniarum (z) nupta, Princeps ab Imperatore fuerit appellata. Id quod meritis Wilhelmi Ducis planè singularibus indultum, ad casus similes non tractum nec trahendum.

(aa)

§. X.

Porro opus erit collatione dignitatis nova à superiore impetranda, si nobilis plebejam sibi jungat matrimonio. Hujus enim adhuc dignitas civilis nulla. Matrimonium esse modum eam acquirendi, nostris moribus non probatur. (bb) Plebejam existi-

C 2

ma,

(y) Ducis Saxoniarum Jo. Adolphi Weisenfels. uxor, Nob. de Bunau. Ducis Sax. Alberti Coburgici uxor Nob. de Kimpinsky, principalem dignitatem ab Imperatore obtinere. Nullum verò, quod sciam, exemplum datur, quod Comitissæ filia, nupta Principi, Princeps fuerit ab Imperatore creata.

(z) Wilhelmo III. erat Catharina de Brandstein, vide *Mülleri Annal.* Anno 1463. ubi notabilis circumstantia, titulum *Hochgebohrne* plus valuisse, quàm *Durchleuchtig* / quod hodie aliter sese habet, illum solis Principibus tributum, nec perstitisse Wilhelmum ut uxori tribueretur, si aliter visum fuisset Electori.

(aa) Alia est quæstio, si de liberis eorumque dignitate atque successione sit sermo; Hos enim Patris, non matris conditionem sequi, neque inæquali matrimonio, nisi aliter pacto sit conventum, excludi constat. Actum ea de re aliquando fuisse memini, quid pro conservanda prole principis Principalis celebritate atque ad impedienda matrimonia nimium inæqualia factum opus esset. Sed successu res caruit, infinitis difficultatibus, motibus etiam prævisis impedita. Exemplum Ferdinandi Austriaci, cujus filii ex Philippina Velsera Patricia Augustana, exclusi à successione Austriacâ fuere, exponit *Thuanus Hist. Lib. LXXI.*

(bb) Abit in hoc articulo Mos Germaniarum à Legibus Romanis. Hoc jure etiam

ma, quæ Parentibus ad dignitates Reipublicæ à Principe evectis nata non fuit. Nam quibus officium contigit publicum à Principe, eos in plebejorum ordine conditioneque non habendos, omnem etiam nobilitatem ab origine & sua natura officiis Reipublicæ coherere atque ad liberos transmitti, probatum dedit solidis rationibus *Id. Coccejus. (cc)*

§. XI.

Qui æqualitatem inter conjuges à natura matrimonii esse di-

etiam ex plebe sceminae marito clarissimo nuptæ clarissimæ nomen adipiscabantur. *L. 10. C. de Nupt. L. 8. π. de Senator. L. 13. C. de dignit.* Hæc leges in Germania si dicas esse receptas, rationem peterem, cur Principis filia Comiti nupta parentis retineat dignitatem? Est enim hoc dictis *LL. & Nov. XXII. cap. 36.* plane adversum. Certè *Lege 1. C. de dignitatibus*, qua gloriatur adeò *Myler. Gamol. c. 5. §. 27.* id minime probatur, Si, ut proponitis, ait Imperator, & avum Consularem, & patrem Prætorium virum habuistis, h. e. clarissimos, nam etsi Senatores speciali Clarissimatus nomine insigniti, generali tamen appellatione & Prætoribus tributum, *L. 1. pr. de iur. & Cur. illustr.* & non privatæ conditionis hominibus, sed ex spectabilium vel illustrium ordine, quos generali etiã Clarissimorum appellatione comprehensos fuisse probat *Cujac. ad L. 1. C. de Tut. & Cur. illustr.* clarissimis nupsferitis, claritatem generis retinetis, nihil magis nostram sententiam quàm hic textus confirmat. Si hæc displicet interpretatio, rogo, quænam sit dubitandi ratio, quod rescripserit Imperator sceminam clarissimo genere natam, clarissimo nuptam, claritatem generis retinere? Qui de more Germaniæ recepto dubitaverit, is ad Aulas est ablegandus, animadvertet nullibi plebejas foeminas, nobilibus nuptas, in nobilium sceminarum haberi numero, loco, existimatione, *(cc) De potest. Stat. Imp. circa dignit. c. 2. §. 19.* distinctionem tamen in antiquam & novam nobilitatem, equestrem & civitatum, attendi volunt, variis in circumstantiis Germanorum mores. Optandum equidem foret, ut nobilitati generis semper conjuncta esset virtus, sed cum multi, quod dolendum, antiquitate generis sola gloriantur virtutis expertes, ipsi dum alios contemnunt, seipsos contemptui exponunt.

dicunt, sine discrimine graduum participes fieri uxores dignitatis maritorum affirmant. (dd) Ego à lege Civili, non à natura esse collationem dignitatis contendo. Ad *intensivam* existimationem referendas esse dignitates nemo est qui non videat: Sed hæc vel *virtutis* est sive præstantiæ legibus attemperatæ, quam *absolutam* (ee) non incommode vocare possis, ex qua prærogativa Civilis non nascitur, vel *legis & hypothetica*, quæ sola inter homines æqualitatis & inæqualitatis est fundamentum. Dicis igitur fœminas à se dignitatem habere nullam: responderem, si de absoluta existimatione sit sermo, virtutis præstantiâ haut rarò viros à fœminis superari: si de hypothetica, neque viros à se ullam habere dignitatem, sed à lege Civili. Deinde quod matrimonii natura inæqualitatem respuat, id quam sit dubium, ex prudentum Juris naturalis traditis liquet. (ff) Lege itaque Civili non vi matrimonii uxor Principis Princeps appellabitur. (gg) Legem desideras?

C 3

(dd) Myler. Gamol. c. 5. §. 12. Strauch. tit. 32. §. 3. Exempla à Mylero cummulata aliud non efficiunt, quam fuisse talia matrimonia legitima.

(ee) Titius ad Pufend. de Off. bom. & Civ. Obs. 666.

(ff) Thomas. Jurispr. div. L. 3. c. 2. §. 110. seqq. Huber. de Jur. Civit. L. 2. Sect. 1. cap. 3. n. 25. Naturæ matrimonii si contraria esset inæqualitas, lege civili introduci non potuisset. Atqui id factum fuisse, Romanæ aliaque leges, quæ maritis in signem tribuunt juris prærogativam, testantur.

(gg) Neque etiam inter Electores & Principes ulla hic observatur differentia. Nam quæ à Jure eligendi tribuitur certis Principibus prærogativa, non est nova dignitatis collatio, sed accessoria dignitatis Principalis qualitas, etiam in titulis distingvi solita. Ita Princeps Electori scribit: Durchleuchtigster Fürst. Elector Principi in positivo: Durchlauchtiger. Et, ita ceteri honoris & amicitia termini positivo & superlativo differunt. In inscriptione Princeps Electori scribit: Dem Durchlauchtigsten Fürsten/ Herrn N. N. tot. tit. & in sine: Unserm freundlich, vielgeliebten und hochgeehrten Herrn Vetter. Elector Principi: Dem Durchlauchtigen Fürsten/ Unserm freundlich, lieben Vetter/ Herrn N. tot. tit. Idem pla-

deras? Est illa, quæ gradus nobilitatis antiquitus in Germania distinguit. Hæc si non esset, desiderarem vicissim rationem, cur Princeps aut Comes nobilem inferioris gradus ducens, eam sua non participet dignitate? Quod, ut dixi, experientia comprobatur.

§. XII.

Eadem planè est ratio, quod femina Princeps Comiti juncta, dignitatem, quam à nativitate habet, non amittat, (bb) perdat eandem, si nubat inferiori: (ii) Nobilis etiam plebejo nupta nobilitatis faciat jacturam. Quod autem de Imperatore aut Rege adferretur exemplum, malè omnino huc applicatur. Fons omnis dignitatis est in Imperio Cæsar, Rex, in suo quilibet regno. Adsciscens in Matrimonium uxorem, cum parem invenire vix possit, eam Augustam vel Reginam pactis dotalibus renunciat, (kk) Non aq̄ue

plane observatur erga uxores, nisi quod observatum aliquando sit, scribere uxorem Principis suum titulum: Von Gottes Gnaden N. geböhrene aus dem Churfürstlichen Stamm der N. Vermählte Herzogin zu S. quod tamen ei non redditum, sed simpliciter scriptum: Der Durchlauchtigen Fürstin / Frau N. Herzogin zu N. geböhrene N. N.

(bb) Hic nemo est, qui non consentiat. v. Myler. c. 5. §. 25. segg. Strauch, diff. loc. §. 4. titulorum ordo sequenti modo sese habet: Der Durchlauchtigen Fürstin / Fr. N. totus titulus mariti, quem sequitur titulus familiae uxoris, geböhrene Fürstin zu N.

(ii) Myler. d. l. §. 24. Coccej. de Lege Morganat. Sect. 3. §. 13.

(kk) Hic de Augusta esset dicendi locus, sed ne actum à Joris publici systematum scriptoribus agam, Limneo, Viriario, Hornio, Strauchio lib. 1. tit. 33. Schiltnero lib. 1. tit. 16. ex Limnei J. P. Addit. ad L. 2. cap. 14. Tom. 5. tantum excerptemus Decretum de præcedentia inter Augustæ Aulae Magistram, die Ober-Hoffmeisterin / & Principum Imperii Uxores filiasque latum an. 1653. Werden sich anwesende Fürsten des Reichs nicht entgegen seyn lassen, daß die Fr. Ober-Hoffmeisterin in der Proceſſion zu und von der Kirchen also bald nach denen anwesenden 4 Fürstinnen in der Ordnung allein folge; dafern aber künfftig bewiesen würde, daß es anders wäre gehalten worden / so

æque Regina Maritum semper faciet Regem. (ll) Est enim hoc non dignitatis modo vocabulum, sed administrationem Reipublicæ habet conjunctam, quæ si fœminæ legibus sit delata, alii ab ea conferri nequit, quod ubi tentatum, graviorum motuum exitit causa.

§. XIII.

De dignitate uxoris in matrimonio, quod ad Morganaticam (mm) dicitur, judicium erit haut difficile, si observemus esse tri-

so erklären sich J. K. v. S. Maj. allerer gnädigst dahin/dah dieser vorgegangene Actus ihnen nicht präjudicial seyn soll. Literas Principum, quibus etiam pro filiabus hanc prerogativam petierant, integrumq; decretum exhibet dicto loco *Limnæu*. Quæsitum est sæpius: An fœmina nobilis, die eine Ehur, oder Fürstl. Ober-Hoffmeisterin ist / Comitum uxores vel viduas antecedit? Si ad consuetudinem aularum, ex quâ quæstiones istiusmodi decidi solent, respicimus, multum momenti habuisse accipi distinctionem, unter den Gräffinnen eines immediaten regierenden alten Gräfflichen Hauses / und denen andern; Diesen weichen die Ober-Hoffmeisterinnen nicht; Jenen ist der Rang nicht versagt worden. Et, si aulæ legibus aliter statutum esset, vitaturas esse Comitum uxores congressum, non est dubium, ut utrinque illibata maneat negationis possessio.

(ll) Exemplum novissimum est in regno magnæ Britanniæ; Princeps Regius Daniae erat maritus Regiæ, sed non Rex. Cum tamen ejusdem Sororis Mariæ maritus Wilhelmus Arausionensis in regiam dignitatem esset receptus, conf. de Elisabetha Angliæ Regina, quæ habet Camdenus, *Anno 1571. Becmann. Not. dignit. Diff. S. C. 3.*

(mm) Legem scilicet, quam Germanicæ esse originis, vocem verò non à Morgengabe / sed à Morgensprach / quod legem significet, ostendit *Coccej. de Lege Morgan. cap. 1. qui & cap. 5.* ejus matrimonii tradit requisita, ut maritus sit illustrius, nobilibus enim non permissum, ut uxor sit inferior, h. e. minus nobilis, ut pactum accedat speciale, aliàs enim futurum esse conjugium æquale, ut probabilis adsit contrahendi causa. Omnem vim firmitatemque habere has nuptias ex lege vel consuetudine Longobardorum & Francorum.

matrimonium verum atque legitimum, solemnitate tantum à modo ordinario contrahendi distinctum, & pacto, quo non tam sub conditione inæqualitatis uxor adsciscitur, quam liberi ad maternam conditionem rediguntur. (nn) An ergo Principi, qui summus non est, nomen aliquod dignitatis uxori ita adscita conferre licebit? Negandum putamus, nisi Juri Imperatoris reservato manum inferre audeat. Nam quod à Præfectura quadam appellatio tribuatur, vel si uxor Rudolphi Augusti Ducis Br. L. *Madame Rudolpheine* dicta fuit, hoc dignitatem majorem, quam quod thori Principis sit focia, adferre non potest.

§. XIV.

Marito Imperium in uxorem lege divina competere, communis est sententia. (oo) Si ergo lege divina quis dubitet, dominatum fore etiam Principem uxori Principi, Comitem Comiti, perinde ut plebejum plebejæ? In Rege cujus est in Republica τὸ Κόσμιον non jus tantum maritale, verum & Jurisdictio summa est consideranda, quam cum Imperio matrimoniali confundere non licet. Imperii istius maritalis, ex Jure divino deducti, termini si ritè constituentur, nullam video absurditatem, ut ei illustres foeminae

(nn) Coccej. *dict. tr. Sect. 5. n. 4.* Fit enim tale conjugium non tam uxoris, quam liberorum intuitu, ut hi à successione paterna excludantur, certa eis assignata pro alimentis portione.

(oo) A Dn. Thomaf. in *Jurispr. divin. lib. 3. cap. 3. §. 35. seqq. juncto lib. 3. c. 2. §. 105. seqq.* demonstrata, qui tamen postea in *Fundam. Jur. Natur. & Gent.* legem positivam esse negat, sed regulam decori Juris naturæ. Nobis priora nondum displicent, neque sufficiens adhuc videtur adesse ratio legem divinam positivam destruendi. Sive enim ex rationis dictamine, vel ut Jan. Vincent. *Gravina de Origine Jur. Rom. lib. 3. cap. 3.* ex dominio naturali sapientis imperium maritale derives, imbecille omnino erit futurum, nisi legis positivæ accedat adjumentum. Gravinam notavit in hoc & pluribus articulis Auctor anonymus, *Considerationum*, quæ Ill. Lynckerum esse, plura sunt quibus persvadeor.

næ matrimonii junctæ confiteantur se subjectas. (pp) Nam quæ præ-

(pp) Quæsitum memini, num Princeps *αὐτονομία* in territorio gaudens, matrimonium contrahens postulare jure queat, ut minister sacrorum benedicturus conjugio, verba de conditionibus duris matrimonii ex Genesi prælegi solita omitteret? Responsum: Totum benedictionis actum esse à lege civili ecclesiastica. Cuilibet actui sacro certa adhiberi verba, in quibus actus consistat essentia, illum textum autem huc non esse referendum, nec ubique locorum prælectionem ejus esse usitatam, v. *Huber. de Jur. Civit. L. 2. Sect. 1. cap. 3. n. 19.* Ritè ergò obiturum officium sacrum Sacerdotem, si omitteret istas actus amplificationes ex mandato Principis. Hunc tamen melius laudabiliusque facturum, si novitate ea abstinerit. *vid. Thomaf. in not. in Huber. de Jur. Civitat. Lib. 1. Sect. 5. cap. 3. lit. o.* Minus difficilis circa solennitates erat Henricus IV. Galliarum Rex, cum Catharinam Sororem Ducis Lotharingæ Caroli II. filio desponsaret, de quo *Perefixe dans l'histoire du Roy Henry le grand pag. m. 290:* *Catherine étoit âgée de quarante ans plus agreable que belle, ayant une jambe un peu courte étoit assez spirituelle, aimoit les belles lettres & savoit beaucoup pour une femme, mais étoit opiniâtement Huguenote. Le Roy appréhendoit qu'elle n'épousât quelque Prince protestant, lequel parce moyen fust devenu Protecteur des Huguenots, & comme un autre Roy en France. A Cause de cela il la donna au Duc de Bar, pensant d'ailleurs gagner plus de créance parmi les Catholiques en s'alliant avec la Maison de Lorraine: Avant cela il fit tout son possible pour la convertir, jusques à y employer les menaces, & n'ayant pu venir à bout, il dit un jour au Duc de Bar, Mon Frere c'est à vous à la dompter. Il y eut de la difficulté pour le lieu & pour la cérémonie de la celebration de ce mariage. Le Duc vouloit qu'il se fît à l'Eglise, & la Fiancée qu'il se fît au Pêche. Le Roy trouva un milieu. Il le fit faire dans son Cabinet, où il amena sa sœur par la main, & ordonna à son Frere naturel, qui étoit Archevesque de Rouën il y avoit environ deux ans, de les marier. Ce nouvel Archevesque en fit commencement quelques refus, alleguant les Canons qui le defendoient, mais le Roy luy representa, que son cabinet étoit un lieu sacré, & que sa presence suppleoit au défaut de toutes solennitez: Apres quoy le pauvre Archevesque n'eut pas la force de résister.*

præter jus corporis, atque earum rerum, quæ ad familiam pertinent, regimen, maritalis Juris esse dicuntur, ex cujuscunque civitatis Jure potiùs erunt æstimanda. (qq) Quemadmodum autem privatorum Jura omnia Civili subjacent Imperio, ita non obscura est ratio, cur Mariti Mariæ Stuartæ Scotiæ Reginæ Henrici Darlei auctoritas [unico hoc exemplo omnium loco utar. (rr)] per imperium uxoris Civile fuerit infracta. Cur etiam hodie inter

- (qq) Jus in bona uxoris ex naturali lege marito non competit, *Thomas. Jurispr. div. l. 3. c. 2. §. 114.* neque ex Positiva divina, quæ ostendi non potest. Ergò ex civili vel conventionione est deducendum. Idem *Thomas. Fund. Jur. Nat. L. 3. c. 2. §. 16.* Nos de his, quod ad illustres personas pertinet, *Señ. 2.* ubi de jure circa res agetur, dicemus.
- (rr) Exemplum hoc ne videatur minus adæquatum, eò, quod Henricus Darleus fuerit Rex Scottorum, adeoque Imperio Reginæ non subjeclus. Ex *Dictionario Historico Dn. Buddæi* de Maria Stuarta notamus sequentia: Fuisse Henricum Comitem à Regina invitis atque frementibus Scottis Regio titulo insignitum, unde & causa belli intestini exorta. Si ergò à regio titulo abstinuisset, nullos motus extituros fuisse, vero est simile. Jus enim creandi Regem non erat in potestate Reginæ, quemadmodum Regi est liberum declarandi uxorem Reginam. Ergò titulo tantum Rex salutabatur, auctoritate penes Reginam manente. Ablegabatur huc illuc, prout uxori videbatur. Nomen suum nomini mariti anteponebat Regina, Hæc decreta faciebat, ille nomen suum figillumque addebat. In eorum numero, quibus obsequii gloria erat relicta, habebatur, nequicquam contradicere ausus, pactis etiam matrimonialibus à Jure Regio prohibitus, *v. Thuan. L. 37. ann. 1558.* justam saltem vindictam, ubi fidei violatæ suspecta erat conjux, erga Rizium exercens. Imperio ergo jure utebatur Regina in maritum. [*Dn. Herr. de Tutela Regiæ. Señ. 2. §. 5.*] Quod cum ad necem usque extendisset, convicta enim fuit perpetrata per Bodwellum cædis, (quod etsi neget Camdenus, ex Mervillii Secretarii Regiæ Memoriis tamen vera narrasse Buchanandum apparet, historicum alioqui credulum, inconstantem, vindictæ cupidum

ter conjuges Regula quandoque invertatur, ubi vir uxorem vi-
clam, vel precario, imperio patitur potiri.

§. XV.

Viduas maritorum defunctorum dignitate frui, domicilium-
que forumque ex mariti persona sortiri uxorem, supra dictum. (ss)
Eodem

pidum. Vid. *Thomas. Diss. de fide Juridic. cap. 2. §. 47. pag. 66.* Camdenum
autem, ut veritatem scripto traderet, fuisse prohibitum. *Buddeus in Lexic.*
voce Mariae Stuartæ in fine.) justam DEi vindictam, capite in Anglia ple-
xa incurrit, famæ etiam detrimentum passa, quoad memoria ejus est
duratura.

(ss) Nolden de statu Nobil. *diff. cap. 6. §. 4.* Carpz. *diff. tr. decad. 1. post. §.*
De vidua illustri in specie Myler. *Gamolog. c. 9. §. 1.* in quo tamen no-
tandum, Majestatis titulum usu moderno etiam Augustæ Germaniæ, &
Reginæ viduæ dari, quicquid etiam Galliæ mores ferant. Ita in Gallia
non fuit permissum, ut vidua Joh. Casimiri R. Poloniæ titulo Reginæ u-
teretur, de qua excerptum des Lettres historiques de Madame de C. non
erit injucundum: *Lettre XIX.*

*La Mareschalle de l'Hopital est fille d'une Lingère de Grenoble, le Secrétaire
d'un vieux Conseiller de ce Parlement là en devint amoureux, & apres une
longue recherche, ce Secrétaire se determina à l'epouser: mais il arriva un
accident, qui fit rompre l'affaire & c'est la plus plaisante chose du mon-
de, que le sujet de cette rupture. Les Amans estoient accordez, on n'etoit
occupé que des jouissances de la Nôce, qui devoit se faire le lendemain,
lors qu'en dansant la fiancée eut le malheur de lâcher un de ces soupirs, qui
choquent le nez & l'oreille. Son futur epoux en rougit pour elle & en eut
tant de confusion, qu'il ne voulut point achever son Mariage. Il falloit
que son ardeur ne fût pas bien forte, puis qu'un si foible vent put l'etein-
dre. Quoi qu'il en soit, comme la chose étoit risible, on en rit beaucoup
dans la ville: & le vieux Conseiller eut la curiosité de voir cette Amante
delaissée, il la vit & la trouva forte à son gré: blama la folie de son Se-
cretaire, & en fit une bien plus grande: car il epousa lui même cette pe-
tite Grisette, qui dès qu'elle se vit Madame la Conseillère, prit des manie-
res convenables à son rang, & travailla à acquerir à force de soins, ce que*
D 2 sa

Eodem Jure utuntur Principes foeminae. Gaudet illustris maritus pri-

sa naissance & l'education de ses parens n'avoit pu lui donner. Elle eut toutes sortes de Maîtres, aprit toutes les sciences, & employa à se former l'esprit tout le tems qu'elle fut auprès de ce vieux Mari. Comme elle avoit su le bien ménager, il lui donna en mourant tout son bien qui étoit fort considerable. Dès quelle se vit haute & puissante Dame, elle ne voulut plus rester dans un Pays, où son origine étoit connue: elle vint à Paris avec plusieurs centaines de mille Livres, & le nom de veuve d'un Conseiller au Parlement. Comme elle étoit fort bien faite de corps & d'esprit, & qu'elle avoit de quoi faire une belle dépence elle trouva bientôt le Secret de se faire remarquer. On ne parloit ici que de cette charmante Veuve, & le Marechal de l'Hopital, dont les affaires étoient fort découffées, crut qu'il pourroit les raccommo-der en l'épousant, se mit sur le rang, & le rang qu'il tenoit lui-même, obligea la Dame à le preferer à tous les autres Prétendans, Le Marechal de l'Hopital au lieu de raccommo-der ses affaires gâta celles de sa femme, & mourut apres lui avoir mangé tout son Bien. Il est vrai que l'honneur d'etre Veuve d'un Marechal de France la dedom- mageoit un peu de la perte de son bien, elle avoit encor la secours de ses attraitis pour en acquerir, & ils lui valurent la conquete de Casimir Roi de Pologne qui apres avoir abdi-qué la Couronne vint, comme vous savez sans doute, se retirer ici, ou le Roi lui donna l'Abaye de saint Germain des Prez. Ce Roi depouillé, charmé des agre- mens de la Marechalle, se donna à elle; & quoi qu'il se fut fait d'Englise comme il n'est point de Loi dont les souverains ne pretendent pouvoir se dispenser, il l'épousa secrettement, mais non pas assez secrettement, pour que la Dame n'ait pu le faire sçavoir, il lui a même faite tout le bien, qu'il a pu en mourant. Elle n'est pourtant pas si riche qu'elle l'étoit apres la mort de son vieux Conseiller: mais aussi elle est Veuve d'un Roi, & c'est monter bien haut pour sortir d'un endroit si bas. Je ne sçai, si ce que je vous dis là se trouvera conforme à ce qu'on vous en a conté à Toulouse: C'est pourtant ici la véritable Histoires de la Marechalle de l'Hopital. J'étois chez Madlle d'Alleirac avec elle, & je remarquai, qu'en parlant du Roi Casimir elle dit toujours le Roi Monseigneur pour faire voir par là qu'il étoit son Epoux. Elle est bien aise que personne ne l'ignore: mais il ne lui est pas permis, de prendre la qualité de Reine qu'elle ne pourroit pas non plus soutenir.

privilegio Austregarum, siue sint ex lege Imperii, siue ex pacto: ejusdem privilegii participem reddet uxorem. (ii)

§. XVI.

Neque enim admittendum puto, quod nonnulli tradunt, Imperium Civile marito, qui summus in re publica non est, in uxorem competere. Quod enim Imperium in liberos parentibus negatur, multo magis negabitur in eam, quæ socia est, & sui Juris uxorem. Atqui exemptos esse liberos utriusque sexus intermediarum Imperii Statuum à Parentis Jurisdictione, eodemque cum eo uti foro, probatum dedit in *Institut. Juris publici* Joh. Schilterus. (uu) De subalternis dum loquor Principibus, summos in Republica Monarchas Jurisdictionem in uxores jure exercere nemo est, qui non intelligat, atque exercuisse vel unicum Henrici VIII. Angliæ Regis exemplum docet. (xx) Qui tamen cum facilius fuerit ad repudiandas imo capite damnandas ex leviori etiam suspicione uxores, mirum certè, fuisse adhuc, qui complexus ejus non abhorruerint.

§. XVII.

Germanis Principibus dum Jurisdictionem in uxores negamus, neque in delictis eam locum habere ob rationem non diversam existimamus. Ubi tamen id datum dignitati maritorum, ut

D 3

(ii) Myler. *diff. c. 9. §. 3.* ubi quod privilegio fori ex *L. un. C. quando Imperator inter pupill.* uti si velint possint. Sed cum primæ instantiæ jus favori Principum sit tributum, inferiores etiam non parvo commodo sibi id ducunt, inde est, quod frequens non sit inter illustres istius legis usus, confer *Gailium lib. 1. Obs. 1. n. 40. seq.* Austregarum privilegium cum familiæ datum sit, non uni sexui. *Schilter. Jur. publ. l. 1. tit. 8. §. 7.* Uxores autem illustri familiæ adscribantur, idcirco eodem jure fruuntur.

(uu) *diff. Tit. 8. §. 7. Lib. 1.*

(xx) De Repudio Catharinæ vid. *Steidanum Lib. 9. p. m. 238.* De supplicio Annæ Bolenæ *Chytraeus Lib. 14. p. 373.* compendiosè *Diffionar. Historiæ cum Budd. in Henrico Octavo Angliæ Rege.*

permittente Imperatore uxores fidei suspectas non tantum consortio excludere, sed & custodia quâdam in loco tuto coercere possint. (yy) An & à vinculo matrimonii semetipfos dissolvere? Diversitas sacrorum diversas etiam in Imperio ea de re peperit sententias. Qui Rom. Ecclesiam sequuntur, id negant. (zz) Qui Protestantium sacris sunt addicti, Pontificios canones ea in re non agnoscunt. (aaa) Quis ergò erit Judex? Certè aut Imperator, aut Principes ipsi. Exercuisse hoc jus Principes vocatis in Consilium Theologis suis atque JCtis exempla testantur. (bbb) Sunt & alia, ubi Imperator causæ cognitionem sibi vindicavit. (ccc) Dissensum

(yy) Exemplum memorabile Johann. Casimiri Ducis Saxonix, qui uxorem, filiam Augusti Electoris, castello Coburgico inclusit, historia Saxonica præbet. Vid. *Annales Joh. Sebast. Mülleri ad Ann. 1593. pag. 212. seq.* Cujus narrationem pleniorẽ ex manuscriptis Hortleleri desumptam, in Appendice dabimus. Temperamentum Principis Joh. Casimiri exprimunt Monetæ in W. E. Tenzelii Historici Saxonici Numismatibus Saxonicis lineæ Ernestinæ pag. 672. recensitæ, quas inter ad nostrum facit casum. Illa, quæ altera facie Johannis Casimiri imaginem sistit oscula secundæ Conjugi figentem, altera prioris repudiatæ uxoris, sub specie Monialis, cum inscriptione:

WIE KVSSEN SICH DIE ZWEI SO FEIN,
WER KVST MICH ARMES NUNNELEIN?

- (zz) Prohibente Concilio Tridentino *Seß. 24. c. 7. de sacram. matrim.*
 (aaa) Suffulti non naturali tantum Jure *Pufend. f. N. Lib. 6. c. 1. §. 21.* Sed & divino, *Matth. 5, 32. cap. 19. v. 9. Caus. 32. qu. 7. can. 19. § 34. it. 32. gentiumque moribus, P. Erodus rer. judicat. 8. 1. 2. Carpz. Def. Consistorial. 191.*
 (bbb) Vid. *Mülleri Annales dicto loc. qui & aliud exemplum novissimum Vindobonense recenset ad Ann. 1690. pag. 596.*
 (ccc) Si ad causas civiles referuntur matrimoniales. Ex sententia *Mevii p. 2. decis. 365. n. 16. 17. inprimis Comm. ad Jur. Lub. l. 1. tit. IV. art. 3. num. 38. seqq.*

sum hac in quæstione Jure-Consultorum, scripta pro una alterave
sen-

38. seqq. confer Stryck. *disp. de reliquiis Sacramenti in causis matrim.* Jure sibi id vendicat Imperator; si ad Ecclesiasticas, injustè hanc Imperii summi partem Pontifices Imperatori extorfisse, Protestantibus magno studio defendunt. Exempla exerciti olim istius Juris à Cæsaribus ex Goldasti Monarchia S. R. Imp. Tom. 2. pag. 1393. & ex Schilteri Commentario nunquam satis laudando de *Libertate Ecclesiarum Germaniæ* peti possunt Lib. 6. c. 3. Diplomata exhibet Ill. Leibnitzius in *Cod. Jur. Gent. p. 2. n. 82. seq.* Recentius est exemplum vindicatæ ab Imperatore Jurisdictionis in causa matrimoniali Christiani Ludovici, Ducis Megapolitani, cum uxore Gallicæ nationis de Chastillon, & inhibitiæ Augusto Duci Saxonix cognitionis. Quâ in re quid actum sit, cum documentorum exemplis inventis in Plessingeri notis ad Vitriarii Jus publ. Lib. 3. tit. 19. sub num. 43. Aliud Consilii Aulici Imperialis judicatum nos hic subjicimus:

Mercurii 28. Junii 1702.

Schaumburg Lippe contra seine Ehe-Consortin in puncto abductionis filii, pretiosorum, &c.

Absolvitur relatio & conclusum.

Fiat Commissio auf die beede Herren Churfürsten den König in Preussen als Churfürsten zu Brandenburg und Braunschweig-Hannover / cum inclusione omnium exhibitorum, & rescribatur eisdem annoch gestalten Umständen nach / und bis etwa auf weitere Kayf. Verordnung / den Sohn bey der Mutter und unter dero Education zu lassen / sodann ratione pretiosorum beede Theile über Ihre daran habende Befugunge zu hören / und damit selbige / wie auch die Ehe-Differentien in Güte verglichen werden mögen / allen Fleiß und Bemühung darentwegen vorzuführen / in entstehender Güte aber von des Graffen verbotenen Liebes-Intriguen Information einzuziehen und über alles cum voto anhero zu berichten / interim gleichwol und bis zu fernerer Kayf. Verordnung / zu der Graffin und ihrer Sohns zulänglichen Unterhalt / und genugsam gesicherter Standmäßigen Wohnung / von Kayf. Commission wegen / eine Provisional-Disposition zu machen / damit die Mittel hierzu aus der Graffschafft unweigerlich abgefølget werden mögen.

2 do

sententia edita loquuntur. (ddd) Nobis ita videtur: Cujusque illustri familiae usum antiquum esse inspiciendum, quo sicut Imperator permissurum se vivere Imperii Status spondit, ita, ubi cognitio causae matrimonialis antiquo more domi fuit suscepta, eaque sine ulteriori provocatione decisa, eodem juri familias illustres merito inhærere: Ubi verò Imperatorem [nam Camerale judicium matrimoniales causas ex antiqua lege non recipit (eee)] de Protestantium matrimoniis per Commissarios partium religioni addictos cognovisse doceri posset, id si porro fiat, atque Commis-

2 do Fiat decretum an den Graffen bey dieser angeordneten Commission sich ungesäumt einzufinden / derselben sich zu submitiren / und seines Orts nichts zu unterlassen / was zu güeltlicher Hinstellung aller dieser Differencien dienlich seyn kan / fürnemlich auch durch Persönliche Negierung seiner Landen / dieselbe von aller deterioration, alienation und weitem Verschuldungen zu retten.

Franz Wilderich von Menshengen.

- (ddd) Imperatori adscribit judicandi potestatem in causis Protestantium Ecclesiasticis, Colerus *de Jur. Imper. Germ. Sect. 36. in Nucl. Jurispubl. Giesfensf. Textor ad Recept. Imp. 1654. Disp. 1. th. 74.* Mevius etiam locis *supra dictis*. Contrariam sententiam defendit Limnæus *Lib. 4. Jur. publ. c. 8. n. 90.* Blum. *Proc. Camer. tit. 43. n. 15.* Et novè Dn. Thulemarius in Responsio Juris, quod quidem de causis præbendariis tantum est conscriptum, sed eandem in matrimonialibus esse rationem, legenti facile patet. Decisionem pragmaticam Imperii frustra expectari sufficit nobis auctoritas Ill. Lynkeri *de Libertate Statuum Imp. pag. 43. edit. in fol.* Sed imploratum Cæsarem deputare solere ejusdem religionis Commissarios, quam viam tutiorem esse judicat. Ipse tamen, si partium altera commisionem recuset, Commissarius verò insistat, judicium suspendeat, *Tr. de Commissario Imperiali, in causis justitie, §. 10.* ubi quaestionem plenius examinat, *junct. Tract. de Libert. Statuum Sect. 2. §. 4.* Nos quam in textu protulimus sententiam, judicio relinquimus superiori.
- (eee) Blum. *Proc. Cam. tit. 43. n. 14. seq.* scil. si de vinculo est quaestio, non de possessione, sævitius aliaque causa incidente, *Lynk. d. l. §. 4.*

missarius cognitioni insistat, conquerendi causam partes habitu-
ras non esse.

§. XVIII.

De gradibus in matrimonio prohibitis deque dispensandi jure
cum primis Protestantium Principum, addere aliquid supersecedo,
cum argumentum hoc occupaverit non ita pridem erudita tracta-
tione D. J. J. Mullerus, Secretarius & Archivarius Saxonicus. (fff)

§. XIX.

Ceterum libertatem matrimonii ineundi fecminis illustribus

p r

(fff) Das Dispensations-Recht in verbotenen Ehen der Fürsten und Stän-
de / wie auch der unmittelbaren Reichs-Glieder / nach den Reichs- & o-
fsehen und der Observanz ausgeföhret. Schilterus quoque *de Libert. Ec-
cles.* Lib. 3. c. X. erudita commentatione jura dispensandi Imperatorum
antiquitatis defensa exercitaque, nec non rationem computationis gra-
duum in veteri Ecclesia ostendit. Adde *Instit. Jur. Canon. L. 2. tit. X.*
„ Protestantes, uti liceat verbis Lynckeri *diff. Tract. de Libert. Si. 2.*
„ pag. 40. edit. in fol. sicut jure Pontificio quoad gradus matrimoniorum
„ non tenentur, & ne quidem subditi illorum, nisi quæ in terris Prin-
„ cipum retentum est; Ita quoque libertatis est, quod matrimonia in-
„ ire possint in gradibus illo jure prohibitis, sine dispensatione Cæsaris,
„ quippe quod nec Cæsaris imperium, quæ conscientias Protestan-
„ tium, in actum exercitum deducatur: hique conscientiam suam sim-
„ pliciter ex interpretatione saniori scripturarum forment. Igitur cum
„ possint Protestantes, qui superioritate pollent in suis territoriis, sive
„ actu, sive potentia pro libertate sua præter & contra leges Imperii
„ seu Canones inire nuptias, ut non minus asseruit Dux Christianus
„ Megapolitanus in *Diar. Europ. part. XI p. 529.* Statutis verò propriis
„ & Antecessorum non teneantur, & Jus divinum rigide observant: hinc
„ Ipsi verò subditis suis contra jura communia dispensant; hætenus quo-
„ que summi & independentes. Adde Spencers, *Theolog. Bedenden/
„ Part. II. p. 504. seqq.*

E

perinde ut masculis competere, neque alia nisi parentum in quorum potestate sunt, reverentiæ lege constringi, non est quod dubitemus, V. Lynck. *de Lib. Stat. Sect. 2, §. 4.* Unicus est casus, quo ea libertas limitetur, si foemina illustris Ecclesiastico Ordini adscribi velit. Quod uti Romana Ecclesiæ addictis non est novum, ita si de Protestantibus sit quaestio, dubitatum nuperrime fuit, cum de eligenda ad Quedlinburgensem Abbatiam illustri foemina esset quaestio. [Vide quæ de Electionis controversia in *Electis Juris publ.* sunt recensita, *Tom. 1. pag. 324.*] Quandoquidem vero permittendum esse matrimonium electæ vel eligendæ foeminae sine periculo amittendi beneficii Ecclesiastici, celeberr. J. C. Thilemanni sit sententia, rationibus haut levibus nixa, quas in Appendice pace Dn. Auctoris addemus, effectu tamen caruisse, neque ullam esse spem, ut Imperator hisce rationibus, quas legibus foundationis adversas esse volunt, sit assensurus, eventus docuit.

§. XX.

Religionis in Imperio Germanico dissensio matrimonia quidem impeditura non est. (ggg) Ubi tamen diversitas sacrorum non

(ggg) Haut leve alioqui consortio vitæ intimiori, quale est matrimonium, religionis diversitas adfert impedimentum. Non desunt exempla repudii inter desponsatos ob sacra mutata dati. Saxonicae familiae historia Seculi XVI. cum primis memorabilia præbet. Refrigescente Zelo facilius ad matrimonia ejusmodi fuit progressus, imò ad alterius conjugis, à cujus persona fortunæ dependere vitæ, sacra, transitus. Est haud dubiè & hæc, temporum & locorum quaestio. Neque de matrimoniis inter Romano-Catholicos cum Evangelicis, vid. Spencers Theolog. Bedenschen / *Part. 4. pag. 351.* Et inter hos ipsos, est sacris distinctos, idem ferri potest judicium. Vide Schilter. *Instit. Jur.*

non recepta, tribui solet illustri uxori id præcipui, ut factis suis privatim uti queat, cujus rei exempla inter ipsos Protestantibus frequentiora, inter hos & Romanæ Ecclesiæ addictos rara. Modum istiusmodi privato sacrorum exercitioprescribi solitum, exempla in Appendice relata ostendent.

§. XXI.

Superest ex Jure personarum, ut de Tutela faminarum Illustram dicamus. De quâ cum præterea, quæ systematum Scriptores tradidere, integræ extent commentationes Eybenii atque novissime geryckii. (bbb) Nobis aliud vix est reliquum, quam ut ab aliis affatim dicta brevi exhibeamus conspectui. Maternam tutelam adeo non repudiarunt populorum mores, ut pauca sint gentes, quæ amori atque sollicitudini maternæ erga liberos id non aliquando tribuerint; *Vetus est questio*, legitur apud Ærodiûm: (iii) *An mater, an uxores, an proximi præferantur? Quæ quia nunquam sine tumultu facta est, cur eam Jure & Legibus desinies? Certe Ascænius Æneæ filius usque ad puberem ætatem in tutela muliebri fuit, inquit*

Li-
Jur. Canon. II. 10. 13. Seckendorf. Fürsten. Staat/ P. II. c. 7. 26. Dr. Job. Philippi Mülleri Scriptum occasione matrimonii Principis ejusdam Lutherani cum Reformata initi editum, cui titulus: *Sang des Edlen Lebens durch fremde Glaubens. Ehe / & huic oppositum Chr. Thomasti: Erörterung der Gewissens. Frage / von Heurath Lutherischer und Reformirter Fürstl. Personen.*

(bbb) Ille Tr. de Tutela femineæ, qui jam in operibus ejus conjunctim editis extat. Hic Diss. Anno 1696. Hala editâ.

(iii) Pandect. Rer. Judic. L. 4. tit. 19. c. 1. E 2 (kkk)

Livius, Macedones contra muliebrem Imperium non ferebant. Itaque est questio temporum & locorum. Distinctionem H. Grotii (kkk) in regna, quæ lege deferuntur & quæ sunt patrimonialia, ut in principibus lege publica aut consensu populi, in his electione patris aut propinquorum tutela deferatur, calculo communi probatam esse, (ll) atque ex præsumta defuncti voluntate matris fore tutelam, do-

(kkk) *De J. B. & P. l. c. 3. §. 15.*

(ll) Quæ tamen Distinctio quam sit infirma, ostendit Coccejus *Diss. de Testam. Princip. part. spec. §. 16.* negans ullum regnum justum esse in patrimonio, nihil ita haberi, quod non sit juris privati. In regnis si hoc fiat, esse Tyrannidem, non Imperium, non civitatem sed latam Tyranni familiam domumque. Regna vero non regnantis causa, sed subjectorum esse constituta. Sententiam auctoris sequitur & illustrat *Thomas in notis ad Huberum de Jure Civitat. lib. 1. Sect. 3. c. 2. pag. 69. seq.* Firmissimum præbet hæc hypothesis argumentum ad demonstrandam nullitatem omnis de regni successione dispositionis, sine populi consensu factæ. *Coccej. dict. loc. §. 17.* qui & aliorum Grotii & qui eum sequuntur suppositorum infirmitatem dicta Dissertatione demonstrat, qualia sunt: Testamentum eventuale esse alienationem, sed revocabilem ad mortem, retento interea usufructu. Testamentorum originem esse ex jure naturali. Ex merito positivo esse, optima ratione, ait Coccejus cum *Puffendorffio §. 17. seq. Sect. 1.* Falsum fundamentum successionis ab intestato ex præsumptione voluntatis defuncti desumi, §. 36. Falsam etiam Interpretum sententiam, quod ex testamento invalido jure civili nascatur obligatio. §. 40. Falsum, quod dicatur, Principem injuriam facere subjectis, auferendo eis potestatem testandi, §. 42. Hisce suppositis, si de tutelæ delatione fit questio, Idem Coccejus *alia Dissertat. de Tutelis Illustrum Sect. 2. §. 1.* negat pupillum jure naturali esse capacem summæ potestatis & Imperiis, cum omnis successio hæreditaria non sit nisi ex jure positivo. Regna autem in hæreditate esse dici nequeat. Capacitatem etiam personæ ad hæredem non transire, & qui seipsum tueri nequeat, imperium habere natu-

docet & illustrat *D. Hertius. (mmm)* Nobis non incongrua videretur distinctio inter tutelam regni & personæ pupilli. Regni, non Juris præsidio ecepisse fœminas tutelam, sed artibus, potentiâ, transactione, consensu, pietatis specie aliisque modis, nec tamen cessasse unquam cum Principibus sanguinis contentiones, ait *Coccejus* exempla exemplis opponens. *(nnn)* Persona autem tutelam, etiamque educationis matri ratione naturali competere, dicto loco docet. Sed nos de civilibus Patriæ legibus erimus solliciti.

§. XXII.

Antiquiores Germaniæ leges maternæ tutelæ non esse adversas ostendit in inquirendis iis studiosissimus *Schiltnerus. (ooo)* De Regis Romanorum Tutela, non est quod inquireamus, cum Legibus sit definita quæstio, *Capitul. Josephi, art. 47.* Ad Principes Imperii quod attinet, Jus commune, in Imperio receptum, quod locum habeat inter eos tutela materna dubitationem nobis non relinquit. Regula ergo erit, Legitimam tutelam deberi

naturali jure non posse. Ergo quod pupillus imperium habeat, ex populi esse consensu, & Jure Gentium, quod vocant, secundario, §. 2. Judicium defuncti Regis in tutela deferenda locum habere non posse, quod illius, qui succedat, æque summa sit potestas. Omne etiam imperium, omnis potestas morte antecessoris sit extincta. Secutos autem populos judicium defuncti, non ex juris necessitate, sed ultrò, motos judicii vel veneratione vel utilitate, cum aliam vim quàm commendationis habere non possit, §. 5.

(mmm) De Tutela Regia *Setz. 1. §. 12.* Copiam exemplorum suppeditat *Arniseus 2. Rel. pol. 2. Setz. 12. n. 56.* Stryck. de Tutel. matern. princip. c. 2. §. seqq. Disceptationes de Tutela fœminea refert *Piascicus Chron. g. storum singul. anno 1613.* in Domo Mantuana, anno 1639. in Domo Sabaudicæ,

(nnn) dict. *Dissert. de Tutel. Illustr. S. 5. 6. 7.*

(ooo) *Praxi Juris Romani Exerc. 37. §. 49. seq.*

(ppp)

matri, (ppp) nisi aliud lege, pactis vel moribus inveniatur immutatam. Ita lege publica ab Electoris pupilli tutela prohibetur mater. (qqq) Prohibentur à Principum tutelis in Feudis Imperii cognati. (rrr) non tamen arcentur foeminae. (sss) Quid ergo, poteritne esse tutrix noverca? Denegatur ei tutela notissimis legibus Justinianeis. Num etsi parens tutricem liberorum prioris matrimonii testamento esse voluerit? Admissum iri matrem, consensu Imperatoris *Stryckius* affirmat exemplo *Brigitte*, Amitæ

ma-

(ppp) *Per Novell. 22. c. 40. Nov. 94. c. 2. Nov. 118. c. 5. Aurb. Matri C. qn. mulier off. Tur. Richt. ad dict. Aurb.*

(qqq) *Aur. Bull. tit. 7.* Quid de provinciis Electoratu non comprehensis? Jure communi ea ceteri matrique deferri tutelam docet *Coccej. Jurispr. publ. c. 29. §. 21. Stryck. d. l. §. 36.* qui tamen dispositionem patris requirere videtur, & Exemplo adjuncti à Christiano primo Electore Saxon. tutoris testamentarii legitimo Tutori Electoratus contra *Swed. P. Spec. Sels. 2. c. 3. Thülemar. de Oetovirat. c. 27. n. 2. Klock. Vol. 1. Consil. n. 38.* probare satagit valituram tutelam testamentariam, ex quo tamen exemplo ad foemineam an inferri possit, suo loco relinquo. Filiorum Electoratus non hæredum, facilius matrem esse tutelam autumo, de quo casu *Stryck. §. 38.* qui & *§. 39. seqq.* in Episcopatibus Protestantium, ubi tutelæ legitimæ locus esse potest, matri eam adjudicat, praxi fortassis invita.

(rrr) Ubi successionis est emolumentum, ibi onus tutelæ *pr. Inst. de legit. patron. tutel. Nov. 118. c. 5.* nisi persona aliqua lege impediatur, quæ regula in feudis cum primis locum habet. *Keppen. 1. Obs. 60.* adeo ut simultaneè investitus cognato præferatur non in feudo tantum, sed & in allodio, *Lynck. Decis. 488.*

(sss) Etiam in Feudis *Kettler. Decis. 94. Rosenthal. 12. 10. 20. Balbsar resol. Jur. Bavar. L. 5. tit. 3. n. 13.* Vide omninò consilium primum Syntagmati Jur. Feudal. Struviano subnexum, quod auctorem habet Lynckerum. Et *Andler. Jurispr. publ. 2. tit. 1. §. 29. Horn. J. Feud. c. 6. §. 16.* ubi quod in Electoralibus provinciis simultaneè investitos adjungere sit consuetum.

(111)

magna & Tutricis *Francisci Mariae* Mirandulae Ducis, nec non *Susanne* materterae Nobilis à Westernach. Civilem equidem esse rationem, si à tutela foemina excludatur, non aliam, si admittatur, negari non potest. Nihil ergo est, quod limites civili potestati ea in re ponere queat. Ad Regnorum & magnorum Principatum gubernationem vicaria foeminarum opera uti summos Imperantes, non est inauditum. Ad tutelae munus conferendum cur diceret esse potestatem limitatam? Sed ita mores Germaniae non ferunt. (iii)

Maternae tutelae exempla infrequentia inter Germaniae Proceres non sunt. (iiii) Si verum est, legem non tolli ex eo, quod casus nunquam extiterit, locum habebit etiam in Saxonum gente tutela materna, deficiente ultimo parentis iudicio. Si infringitur virtus legis per non usum, ut docet Thomaeus, (xxx) prohibebitur mater ab agnatis, cum exemplum in familia Saxonica tutelae maternae, etiam Stryckio teste (yyy) non extet. Sed & alia peculiararia Saxonum familiam in tutelis habere, exemplo confir-

(iii) De Contutela loquitur praedictum ex *Gymanni Symphor. Cameral. relatum*. Italicum exemplum etiam ex circumstantiis esset dijudicandum. v. *Andler. Jurispr. L. 2. t. 1. §. 29. seq.*

(iiii) Quae vide apud *Stryck. diff. Dissertat. cap. 2. §. 21. 22. seqq.*

(xxx) De *Jure consuetud. & observant. §. 101.*

(yyy) *Diff. loco. §. 18.* ubi ex *Votis* Iudicii Imper. Aulici in *Controv. praeced. Anno 1619.* editis dissenfum refert Dnn. Referentium de tutela filiorum à vidua *Johann. Wilhelmi Vinariensis* petita. Acquievisse autem matrem, neque obtinuisse tutelam acta testantur; quod autem ibidem dicitur: *Jure Civili uti Saxoniae Duces in tutelis*, id, cum de tutela *Principis Saxo-Jenensis* disputaretur scriptis publicis, una ex parte fuit assertum, ex altera negatum. Pacto deinde lis decisa, *Jure Saxonico se usuros more antiquo, quem etiam testatur exemplum quod refert Müllerus in Annal. Anno 1605. d. 31. Octobr. ex Archivio.*

firmationis, cæterorumque solennitatum, quibus non utuntur, (zzz) constat. More igitur hoc vivunt, nec Maternam tutelam remoto Contutore agnato admittunt, qua in re habeo auctores Schilterum, *Inst. Jur. publ. L. 1. tit. XII. §. 4.* Lynker, *Obs. ad Aur. Bull. c. 7.* Imò nec testamento matri soli delatam unquam fuisse in Saxonica domo tutelam historia commemorat. (aaaa)

§. XXIII.

Suscipiendæ tutelæ solennia in illustribus fœminis eadem, quæ in privatis; Declaratio voluntatis, renunciatio secundarum nuptiarum & S^CTi Vellejani, Jusjurandum denique, quæ omnia, solam si exceperis Domum Saxonicam, (bbbb) observari, nec priusquam fiant, confirmationem subsequi, exempla recentiora docent. (cccc) Usus ergo optimus est Juris interpres. Susceptam quandoque administrationem & confirmationem tutelæ petitam

(zzz) Auctore Lynckero de *Libertat. Princip. Imper. Sect. 3. §. 7. edit. in fol. pag. 60. & in Observ. ad Aur. Bull. cap. 7.* Müller, *Annal. Anno 1702. d. 7. Jul.*

(aaaa) Ernestus Saxoniae Dux Anno 1654. testamento matrem dederat Filiis Tutorem, sed adjuncto, ut accipi, Contutore, Caruit etiam effectu dispositio, cui piissimus Princeps diu supervixit.

(bbbb) Supra litter. (yyy)

(cccc) Declarationem voluntatis requirit *L. 2. C. gn. mulier. tut. off. Nov. 94. c. 1. pr.* ut renuntiet secundis nuptiis, *Novell. 118. c. 5. & dict. Nov. 94. c. 2. & beneficio S^CTi Vellejani dict. Novell. 94. c. 2.* Eyben, de *Tutel. fœmin. Illustr. 2. §. 3.* quæ renunciatio si non fiat, tamen eo beneficio uti non poterit tutrix. *Brunnem. in Authent. sacram. Cod. eod. conf. Thomaf. de Usu S^CTi Vellej. §. 29. & quæ Sect. 2. §. 2. lit. a. dicentur.* Jurisjurandi præstatio *Novell. 72. c. 8. & Ordin. Polit. Imperii Anno 1577. tit. 32.* exigitur, quæ tamen per procuratorem fieri potest, mandato speciali instructum. Omnia in illustribus fœminis locum habere, neque remitti, *Stryskiuss Dissertat. de Tutel. materna Princip. cap. 3.* exponit latius. Exemplis-
que

titam quidem, sed quasi debito sic esset satisfactum, neglectam, Judicia testantur. (dddd) Exitu non semper proficuo, neque id ego consulerem. Levi sane momento negotium aliquod in Aula Cæsarea vel in Camera enasci potest, repulsam omninò Tutor aut Tutrix non confirmata habet, quod metuat. Tametsi in Comitibus negotiis factam confirmationem probari tam sollicitè non sit consuetum, argumento actorum publicorum apud Lundsorpium. (eeee) De Curatore addendum, Fœminas ad adhibendum Curatorem adstringi non communi jure sed Saxonico. Saxonica ergo Tutrices Curatore habebunt opus. An & illustres? His Consiliarium fide prudentiaque erit consultum. (fff) Sed hac de re mox dicemus amplius. Ordinum Provincia consilium

que ex familia Palatina, Würtembergica, Megapolitana, Anhaltina, additis etiam renuntiationum Jurisjurandi, atque ad id præstandum mandati procuratorii, securæque confirmationis formulis illustrat.

(dddd) Cujus rei exempla Stryckius §. 13. habet, & periculum §. 14. conf. Struv. Observ. Feud. ad cap. X. §. 3.

(eeee) Act. publ. anno 1640. die 26. Sept. ubi de Amelia Hassiaca invenies exemplum.

(fff) Illustribus matribus tutricibus etsi quandoque Curatores adjuncti, regulariter tamen Consilarii eorum locum supplent. Lynckerus Decis. 797. & de Libert. Stat. Sect. 3. M. 1. §. 7. p. 60. seq. Carpzov. Process. Tit. 5. artic. 3. n. 96. Sed hæc locum habebunt, ubi præsto sunt Consilarii fœminæ regimen terrarum capeissent. An ergo innupta Illustris fœmina ad negotium aliquod, transactionis puta, perficiendum Curatore habebit opus? Responsum cape ex iis, quæ §. ult. adferuntur. De Marchiæ Brandeburgicæ observantia contrarium testatur Stryckius diE. loc. §. 16. Quid si negotium sit majoris momenti, & quo facilius Soror illustri transactioni favore fratris consentiat, adjungatur ei ex Consiliariis aliquis fratri devinctus, vel aliàs rem leviter tractaturus? Rescindi

F

acta

filium, ubi ea est illorum auctoritas, (gggg) quin sit utile, non dubito.

§. XXIV.

De Administratione Matris Tutricis eò pauciora dicenda superfunt, quod ab aliis Tutoribus differentia inveniatur nulla. Omnia ergò geret negotia vel ipsa illustris foemina, vel per Procuratorem, scilicet quæ sexum non decerent. (bbbb) Augetur

non

acta omni Jure postulabit Soror de Jure suo, in quo læsa fuit, melius informata.

(gggg) Ut scilicet in rebus, quæ ad gubernationem pertinent, sine eorum consilio nihil suscipiatur, vide *Eyben. de Tutela fem. p. 47.* De Ordinum provincialium auctoritate nuperrime scriptum aliquod Anonymum vernacula lingua prodiit, omnem ei vim abjudicans. *Consilii gratia adhiberi, non auctoritatis: hanc esse Principis: Cui si consilium non placeat, aliud amplecti, suoque ipsius judicio uti posse.* Aut ignarum negotiorum publicorum, aut male animatum Auctorem fuisse oportet, qui hæc scripsit. Verum est, temporum & locorum esse quæstionem, non ubique eandem esse Regiminis formam. Ordines tamen ubi sunt, ex veteri Germaniæ libertate jure suo frui puta: Antiquo more si in majoris momenti negotiis instituatur cum iis consultatio, consensus etiam in nonnullis requiratur, hoc, ne pro arbitrio & ex utilitatis imaginariæ forte scopo negligatur, est consultum. Libertatis hanc eximiam partem Principes regimen provinciæ capeffentes datis reversalibus literis confirmant. Infeliciter cessisse Principibus, qui ordinum consilia sunt secuti, exempla fere nulla, ubi sprevere, dabuntur complura. Non nudi sunt Consiliarii ordines, Proceres sunt Provinciæ, omnis fortunæ cum Principe participes, nervum etiam addunt negotiis, auctoritate Principis salva. Felix Princeps, cui contingere Proceres probitate, experientia, consilio, animo etiam validi. Felicior, qui eos audire dignatur. Adde *Andler. Jurisprud. L. 1. tit. 5. Part. X. n. 5.*

(bbbb) Sunt multa solemnitatum officia à Viris tantum peragi solita. Inepit ergo, qui ut negaret tutelam Electoralem matri, ratione ea est usus, quod
inter

non minuitur per Ministros Principum Auctoritas. Pleraque majoris momenti negotia Reges Principesque viri per alios agere consueverunt, quæ tamen ipsi egisse videntur. Investituram Fendi petit Mater, recipitque, Comitibus interest, nihil non agit, quæ tutoris sunt officii. (iii) Ad singula descendere supervacuum. (kkkk) Deponit tutelam nuptiis repetitis, rationes reddit. An a suspecti postulatione erit immunis fœmina illustris? Suspicio legibus requisita si existeret, quam tamen dignitas personæ cavere jubet, non dubitarem.

§. XXV.

Diximus de Tutela, quam fœminæ in liberos exercent. Dicendum adhuc est de ea sexus muliebris qualitate, quæ in tutela virorum constituit fœminas. Frequenter enim legimus apud Juris-Consultos in perpetua eas esse tutelam, nullum negotium nisi Mariti vel Curatoris auctoritate adhibita, validè peragere. Qua

inter Electores equitare fœminam foret indecorum; Reprehensus idcirco à Stryckio §. 4. cap. 3.

(iii) Officia Tutoris feudalis exponit uberrimè Schrader. de Feudis p. X. Sect. 20 De Comitibus exempla in subscriptionibus Recessuum Imperii & Actis Lundorpii sunt obvia.

(kkkk) De administrationis partibus consule Stryck. capite 4. toto. ubi de confectioe inventarii, de alienandi potestate, [quam matri tutrici soli tribuit Andler. *Jurispr.* L. 2. t. 1. n. 46.] de sumtibus administrationis agit, Formularum etiam styllum in rescriptis usurpari solitum recenset. de Fine tutelæ maternæ capite V. Nobis illud addendum, quod Schilter. tradit, illustrem tutorem, [ergo & tutricem] investiri de feudo pupillari nomine proprio, à pupillo verò majore factò impetrandam de novo investituram. *Exerc. ad π. 37. §. 8. Inst. Jur. Publ. L. 1. tit. 12. §. 6.* Majorem itaque esse Tutoris Illustris quam privati auctoritatem, liberiores administrationem. vide & Klock. I. *Consil.* VI, n. 53.

Qua in re non eadem constansque fuit apud Romanos (///)
Germanosque (mmmm) Legislatio atque consuetudo. A naturali

(///) Plenius hoc argumentum illustrat Schilter. *Ex. XXXVII. §. CCXXII.* ubi Claudii Imp. Lege sublatam fuisse tutelam mulierum olim observatam, à Constantino M. & Leone Imppp. reductam quidem, sed à Justiniano neglectam rursus, tradit. Ita ut à judicialibus tantum negotiis pro aliis gerendis foeminae excluderentur. Cujus prohibitionis ratio Cajæ Afraniae inverecundia non fuit, de qua *Valer. Max. L. 8. c. 3.* sed Legis, ut virile deinceps esset officium postulatio, tantum occasio, quam saepe pro ratione in Jure Romano adferri minus adaequata observat Schilt. *Ex. X. §. XVI.* Rectene ab antiquis legibus fuerit recessum, foeminisque facultas negotiorum privatorum suomet ex consilio gerendorum permiffa, non emendatis earum moribus, alia foret quaestio. Certè, quod maritalis potestatis, nedum tutoris extranei fuerint impatientes, negotiis etiam civilibus indulgentia Imperatorum, Aulicorum, Jctorum, Sexui sequiori plus quam par erat deditorum, sese immiscuerint, neglectarum antiquarum legum ratio est à vero non aliena, quam dat Thomas. *de Ufu Sci Vellejani, §. 3.*

(mmmm) Quos Mulierum consilia non esse adspernatos auctor est Tacitus *de M. G. c. 8.* Nec nec aliis Gentibus reprobata mulierum responsa in negotiis non privatis solum sed & publicis, ex Platone *LXI. de LL. & Arist. 2. pol. 7.* refert Schilter. *Ex. X. §. 17.* qui. *§§. seqq.* docet Media Germanorum aetate, Jure puta Saxonico, Svevico, Longobardico à judicialibus tantam negotiis foeminas fuisse repulsas, neque etiam pro se postulare sine Curatore iis permissam. Adde *Exerc. 37. §. 142.* Coler. *Decif. 67.* Maurit. *1. Consil. 2. n. 14.* Id quod cum moderamine hodie observatur, ut ubi copia Curatoris haberi non possit, actus judicialis valide etiam sola muliere praesente celebretur. *Mcv. 2. d. 206.* Lynck. *decif. 1398.* adde *Huber. Praelect. ad w. de Tutel. §. 5.* A Saxonico Jure communi recedit Jus Electorale, *Part. 2. Constitut. XV.* ubi *Carpzov. in Definitionibus §. idem 2. Decif. 142. §. 3. Resp. 12. seq.* & foeminis tantum de mobilibus bonis, quae summam 500. solidorum non-

exce-

rali imbecillitate sexus id frustra deduci, ex eo solo patet, quod alibi negotiis foeminarum nullum ab ejusmodi lege sit impedimentum. Et quis nescit, tantam non esse sexus muliebris imperfectionem, ut si cum primis institutio accedat atque exercitatio, saepe inveniatur maribus non inferiores iudicio, ingenio, memoria, tolerantia laboris, industria, negotiorum graviorum, felici tractatione, calliditate etiam quandoque superiores. (nnnn) Est igitur sola cujusque Reipublicae ratio civilis, ut ad negotia publica privataque gerenda non admittantur; ab illis plane exclusae, ab his in tantum, ut opus habeant auctoritate mariti, innuptae Curatoris. (oooo) Germanis si eadem ratio ubique non fuit, si

Rei-

excedunt, libertas disponendi non adhibito Curatore permissa, *Berlich. Concl. 17. n. 87. Schilt. Ex. 37. §. 243. ad Inst. tit. de Curat. apt. Lyncker. d. 1414.* Cum alibi in Saxonia communique Germaniae Jure omnia negotia extrajudicialia valide gerat mulier, *Coler. Decis. 67. n. 40. Carpz. 2. 15. 6. Lyncker. decis. 1466.* Imò & ubi aliàs Curator necessarius, si mulier contr. xit ad morem Regionis, ut cum Curatore aliter contrahere non potuisset, non poterit dicere actum invalidum, *Idem Lynck. Decis. 1153.*

(nnnn) Videatur *Plutarchi* libellus, quem de Virtutibus Mulierum inscripsit, ubi quod de Germanis jamjam diximus, Celtis omnibus commune fuisse asserit. Non multum à vero abit Gallus nonnemo, qui nullam fermè in Europa majoris momenti negotia nisi Mulierum interventu geri, affirmat.

(oooo) Distinguenda omninò Mariti potestas à Curatoris consensu, vel ut *Carpzovius* vult, auctoritate, *P. 2. const. 15. def. 30.* Jure Justiniano praeter ea, quae naturali Jure marito competunt, & reverentiae debitum, *L. 14. §. 1. Col. Matr. L. un. C. §. 7. de R. U. A.* umbram aliquam dominii rei dotalis, *pr. Inst. quib. alien. licet vel non, L. 30. C. de jur. dot.* Curamque bonorum paraphernalium, *L. f. C. de pact. convent. super dote,* nihil potestatis datum. Germanorum Jure in tutela & potestate mariti,

Reipublicæ etiam administrationi aptas esse fœminas ex illustri profapia natas placuit, non invita ratione factum esse putamus. Ergo si fœmina illustris ad terrarum regimen auctoritate vel consensu mariti, Curatorisve opus non habet, indigere autem nemo facillè affirmaverit, privata negotia eam suo ex consilio minus valide

constitui uxorem, familiare est JCtis axioma. V. *Coler. decis. 66. Carpz. 2. 15. 19.* Effectus hujus tutelæ præcipuus & pinguior, quàm ex Legum Romanarum dispositione, in eo cernitur, quod Maritus sit bonorum uxoris omnium non Curator tantum sed & Usufructuarius. *Coler. decis. 18. n. 3. seq. Carpz. 3. 25. 6.* vid. tamen eundem. *P. 1. const. 28. def.* Unde uxori nulla alienandi facultas. *Idem 2. 15. 25.* Et tamen prospectum uxori in eo, ut maritus ratione paraphernalium sine conditione de rato in judicio agere non possit. *Coler. decis. 66. n. 7. Carpz. P. 1. const. 1. def. 31. & tit. 5. Process. a. 6. n. 31.* quam cautionem de rato non requirit Cameræ Imperii Judicium, si bona marito sunt tradita, teste *Mysing. Obs. 53. Meischn. Vol. 4. decis. 36. n. 4. seq.* Omnia hæc si mulier sit innupta, aliter sese habent. Maritus tutor est suæ utilitatis causa, cui & renunciare potest, *Huber. Prælect. tit. π. de tutel. §. 8.* Curator alieno adest negotio. Hic solennitatis tantum gratia adest, ille actum dissensu invalidum reddere sua potest autoritate. Potest aliquis esse plurium fœminarum Curator, sed non maritus. An & actricis & reæ? Affirma. *Lynckerus sine vitio prævaricationis, decis. 5 12.* Conveniunt utraque tutela Mariti & Curatoris in eo, quod in causis merè personalibus, quales sunt delicta, & ubi ex re venit obligatio, ea non sit opus, nec in ultimis voluntatibus. V. *Huber. dict. loco. n. 17. Sebill. Ex. 43. §. 31.* Neque etiam Curatoris necessarius Consensus ad Sponsalia contrahenda, si fœmina parentibus sit orbata, & sufficit propinquorum pactis dotalibus subscriptio. *Carpz. 2. 15. 11. & part. 3. const. 43. def. 9.* quod in Illustribus eò magis obtinet, quod pacta dotalia ab agnatis Successoribus fieri oporteat. Neque Maritus neque Curator intervenire possunt negotio, quod ipsos speciatim tangit, adeò ut alio opus sit Curatore, *Richt. d. 27. n. 21.*

(pppp)

lide peracturam quis dixerit? (pppp) Si Regali potestate non est prædita fœmina illustris, non dubito, quin eodem Jure cum aliis sui sexus utatur. (qqqq) Sit nimirum in tutela Mariti, ubi ea recepta (rrrr) non contrahat, non obligetur validè sine Curatore, ubi id constitutum, (ssss) peragat ex adverso omnia sine impedimento Juris, ubi Justiniana Legislatio viget, (tttt) salvo cæ-

tero-

(pppp) V. Carpzov. p. 2. const. XV. def. 9. Lynck. Decis. 797. Stryck, de tutela Materna Principum. cap. 3. § 16.

(qqqq) Ratio differentiæ nulla locum habere potest: quemadmodum enim à potentia ad actum non valet consequentia, ita non sequitur: Capax est regalium jurium, ergo omni illo jure utitur quæ habet regalia possidens.

(rrrr) De Jure Saxonico diximus paulò ante lit, quo & uti illustres personas ex Saxonica familia in suis causis, nullum est dubium, & sæpè ita consultum nemini. Loquitur etiam lex pragmatica familiæ Saxonicæ: Der Naumburgische Vertrag Anno 1554. §. Ob auch irgend Artikel vorkommen / die sich in die Sächsis. Recht in der Haupt. Sachen ziehen thäten / darinn soll demselben Sächsis. Recht nach gesprochen werden.

(ssss) Pariter Jure Saxonico Electorali ut antea dictum. Saxonico Jure uti illustres familias cum sit certum, quæri posset, an communi an Electorali? De Electorali Jure, id ab Electore suæ familiæ datum esse, quo uterentur cum subditis, inauditum est. Commune Jus non lege aliqua constitutum, sed legibus Saxoniciæ gentis introductum esse novimus. Ergo si casus existeret, quo Princeps fœmina ex Electorali stirpe actum aliquem extrajudiciale celebrasset sine Curatore, valiturum eum esse persuasus sum, donec aliud fuerim edoctus. Quid si renunciaverit v. g. hæreditati præsentem parentem agnatis, Consiliariis? Actum judiciale esse existimo, quem certè non Locus judicii, sed ipsa actus qualitas & personarum, quarum est Jurisdictio vel proprio vel delegato Jure, præsentia, talem efficit, cui tutius adhibebitur Curator.


(tttt) Coler. Decis. 12. n. 35. Berl. P. 2. Conclus. 17.

(uuuu)

teroquin, si læsam se esse senserit, restitutionis in integrum beneficium. (****) Sed de iis, quæ ad personas foeminarum Illustrium pertinent, satis.

(****) An Jure minorum utatur mulier, quæritur? Multi sunt, qui affirmant. Neque distinguit *Schilter. Exerc. 37. §. 243.* Si verum esset, restituenda foret mulier læsa etiam contra actum cum Curatore gestum, per *L. 16. pr. 7. de Minor.* Sed cui bono tum esset Legislatio de adhibendo Curatore. An forte ne Judicia litibus onerentur præter necessitatem, id quod evitari posset Curatoris consilio non neglecto? An ad differentiam Juris civilis stabiliendam inter actus, qui ipso Jure sunt invalidi, & qui per restitutionem rescinduntur, brevius inter remedia ordinaria & extraordinaria. Quæ distinctio cum habet usum in foro, ne quis per malitiam ad fidem fallendam incitatus, vitium aliquod patenti prætexat, sed cognitionem & sententiam Judicis expectet. V. *Pufendorf. L. VIII. §. N. & G. c. X.* confer tamen, quæ differit *Thomas. de Usu SCri Vellej. §. XV.* Rectius dicemus: A minoribus ad mulieres non valere illationem. Hæ non alia ex causa restituuntur quam majores, *Mev. 1. Dec. 133. A. Fab. L. 4. C. t. 21. def. 4.* nisi forte ob lapsum fatalium, *Mev. 1. decis. 218.* & ne hoc quidem locum habebit, si Curatore prudente fuerit usæ, *juxta Lynck. Decij. 122. & 453.*







97198

ULB Halle 3
003 906 663



sb.

V D 17







12
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
DE JURE
FOEMINARUM
ILLUSTRUM,

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE ac DOMINO,
DOMINO
WILHELMO HENRICO,
DUCE SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ, MON-
TIUM, ANGRIÆ & WESTPHALIÆ, &c. &c.

Illustri Jctorum ordinis in Academia
Jenensi decreto,
Pro Honoribus Privilegiisque
DOCTORALIBUS
rite impetrandis.

publice proponit
GEORG. MELCH. LUDOLPHUS,
Consiliarius Saxo-Isenacensis Aulicus,
Jenæ, die Junii, M DCC X.
horis consuetis.

LITTERIS GOTHANIS RETHERIANIS.

